

ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ
ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΟΥ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ




026000213385

CICERONIS.

DE ORATORE LIBRI III
ORATOR,

DE CLARIS ORATORIBVS.

Cum annotationibus Dionysii Lambini,
uiri doctiss. singulis tomis distinctis.



EX BIBLIOTHECA ALDINA.

VENETIIS, M. D. LXIX.

Dr. Joseph Roman



СІМВОЛІ


Ап. В.В. Мови

15520

СІМВОЛІ
СІМВОЛІ

СІМВОЛІ СІМВОЛІ СІМВОЛІ

СІМВОЛІ СІМВОЛІ СІМВОЛІ
СІМВОЛІ СІМВОЛІ СІМВОЛІ



JA

СІМВОЛІ СІМВОЛІ СІМВОЛІ

СІМВОЛІ СІМВОЛІ СІМВОЛІ



AD IOANNEM MONLUCIVM,

Christianissimi Regis consiliarium, eius-

demq; apud Venetam Rempublicam

oratorem, Pauli Manutij, Aldi

filij, in Ciceronis oratorios

libros prefatio.

Q UOD te non fugit Monluci sapientissime,
prestare omnes ceteris hominibus, sed alius
alia re uult. non enim uniusmodi sunt no-
stra uoluntates; sed quoniam ex animo, qui uarie
afficitur, tanquam ex typo effinguntur ipse quo-
que uariae sint, & multiformes, necesse est. ergo
non eadem omnibus prima sunt. Quoniam uero
ex ijs, quae appetuntur, necesse est aliquid excel-
lat, ut de multis optabilibus unum optabile ma-
xime sit: quid sit id, quod ego ceteris prestare pu-
tem, si de me queratur; dicam, id, quod qui asse-
quuntur, eorum in potestate sensus omnium ani-
mūq; sunt. id autem sine dubio eloquentia est: quae
tantum possidet dignitatis, ut infra uel eorum fortu-
nae, quorum imperium prouincia uicūq; sequun-
tur, me quidem iudice constituantur: cum ita accidat,
ut ab hac quacumque in partem uolentes ducamur,
illis inuicem saepe pareamus. Sed quoniam, quo loco po-
sita laus est, cum locum maximis difficultatibus Na-
tura circumsepsit, ut perueniendi facultatem paucis-
simis relinqueret: non est, quare nobis in mentem ue-
niat mirari, cur neque diuturna, neque in multis per-
fecta fuerit species eloquentiae. illud uideo, cum in



hanc cogitationem mentis aciem intendi, bene dicendi gloriam duabus rebus ali maxime, otio, et libertate. ita que in urbe Roma, quæ bonorum oratorum quasi fecunda genitrix parvis edidit uberrimos, neque ante secundum Punicum bellum, neque post Cesaris dominationem magnopere fuit, quod in hoc genere probares. Annibale victo, hostis Italie terribilis nemo fuit. cum in Vrbe securitas, cum summa tranquillitas orire: cum seditiosorum hominum ingenia popularibus concionibus acuit ambitio. conciones inquam eloquentiam pepererunt: nisi quid me fallit ratiocinantem: ratiocinor autem sic, & per hos quasi gradus interrogationis ascendo: Eloquentiæ quod summum fuit propositum præmium? Consulatus: qui summus honor fuit. Consulatum quis mandauit? populus. populum quis tenuit? concionator optimus. ergo à concionibus exitit orator. idemq; sublatis concionibus nullus fuit, cum enim civilibus armis oppressa respublica iaceret; uetus consuetudo periisset; à populo, cuius potestas uniuersi translata ad unum esset, non iam magistratus, non præfecturæ peterentur: eloquentiæ, quæ populi gratiam honorum spe quaesierat, inanis omnis & superuacua fuit exercitatio. sic oratoria facultas, summorum hominum studijs exercitationibusq; culta, cum à duobus Gracchis ad C. Cesaris etatem, hoc est per annos centum fere ita uiguisse, ut nihil unquam fuerit illustrius; non effugit rerum humanarum commune factum: quæ ubi ad summum siue industria, siue naturæ perduxit, retro fere precipiti lapsu reuoluuntur.



Imperatores deinde multi rem Romanam exceperunt: quorum aetatibus uestigium ueteris eloquentie nullum agnosceres. quid post? multo minus. nam imperij sede in Graciam translata, crebra uastationes Italiae consecuta; cum influenteis barbararum nationum copias reprimeret nemo. tum non eloquentia modo, sed ipsa pene literarum memoria funditus deleta, nec suus est bonis disciplinis honor nisi multis post seculis restitutus. patrum denique, aut auorum nostrorum memoria, cum exteros mores Italici caeli temperies aliquando ad humanitatem deduxisset, paululum oculos literae sustulerunt. doctrina primum, serius enituit eloquentia: nec mirum: doctrinam enim sine eloquentia laudamus; eloquentem sine doctrina recte intelligens nemo duxit. nunc in oratorum nomine, quod eximium semper fuit, nihilo minor, atque haud scio an etiam maior, quam priscis illis temporibus, dignitas & amplitudo est. mittuntur à Regibus ad Reges, aut ad liberas ciuitates, qui non de stillicidijs agant, non de iure fundi; quarum rerum controuersias qui perite, & copiose disceptarunt, scimus olim habitos esse eloquentes; sed ea tractent, quae prudenter disputata, otium gentibus constituere, dignitatem imperij conseruare, terminos proferre possunt. hoc qui praestat, eum ego ueteribus oratoribus non comparo solum, sed etiam antepono. illi causas agebant primum apud iudices sorte duetos, deinde apud eos iudices, quibus de aliena re, non de sua iudicantibus persuadere orator siue hoc, siue illud non magno negotio posset. nunc agi-



zur in consilio lectissimorum uirorum: agitur ijs de rebus, unde ad eos ipsos, qui iudicant, maximum potest siue emolumentum, siue damnum redundare; cum & de publica re iudicent, & in publica, extra quam nihil est, priuata cuiusque contineatur. his probare quæ uelis, eo maioris ingenij uidetur esse, quo difficilius ab artificio capitur prudentia. itaque cum hoc multi uoluerint, magnum decus, atque ornamentum est eorum, quibus contigit, ut possent; qui sane pauci sunt: maximum uero, si cui tantum aut natura dedit, aut exercitatio doctrinæ, ut inter hos ipsos emineret. qualem si quis te iudicet Monluc clarissime, hunc ego recte iudicare non dubitem. nam si consideremus, primum à quo missus orator sis, deinde ad quos, tum quibus de rebus missus: ita reperiemus, missum ab eo Rege, qui omnes Reges sapientia uicerit, quoniam quidem omnium unus, quid contra Fortunam uirtus posset, maxime declarauit: ad eam Rempublicam, quæ nisi sapientissimorum ciuium copia floureret, semperq; flourisset, profecto neque tanta nunc esset, cum olim minima fuerit; neque tam diu staret, cum cæteræ respublicæ suorum ciuium temeritate conciderint: ijs autem de rebus esse missum, quarum quæ magnitudo sit, ex eorum, ad quos pertinent, opibus apparet; quæ tanta sunt, ut paucorum imperijs distributus terrarum orbis teneatur. Et cum hæc legatio tibi perhonorifica fuit, tum illud ad tui nominis celebritatem longe maximum accessit, quòd, cum à Principe Turcarum Solymano pacem defessa bellis Europa peroptaret, eaq;



sine Christianissimi Regis intercessione desperaretur; unus electus qui tantum muneris obires, acceptis à Rege mandatis, astate media, summis caloribus in Graciam nauigasti. pacem ut componeres, optabatur: composuisti. hieme summa, difficillimis itineribus, per dispositos equos in Galliam recurristi. exceptus alia cura, cum de sedandis inter Regem tuum, Regemq; Britannum magni momenti controuersijs ageretur; praesuisi. te consulente, agente, ulro citroq; cursante, abiectis armis pax inter eos firmissimo foedere constituta. habes hoc omnino Monluci, non dico à Fortuna, quam casus & temeritas regit, sed à te ipso, qui ad consilium & rationem omnia refers, ut in tuis actionibus felix usquequaque sis. nimirum fors, quam in rebus humanis dominari quidam sunt opinati, non omnium est aequae communis, sed ipsa sibi uirtus propriam fortunam architectatur. non erras, quia non est errare sapientis: & quia sapienter agis, omnia procedunt. bonus etiam orator es, quia bonus uir: ingenium enim probitas commendat; nec minus mouet is, qui dicit, quam ea, quae dicuntur. quod nisi latinum sermonem in Italia peregrinitas immutasset; nae tu nobis longo interuallo & Crassos, & Antonios retulisses. sed quoniam ea lingua utimur, quam multis cocunibus linguis generatam corrupta consuetudo peperit: ueteribus Romanis oratione dissimilis, ingenio simillimus, non tu quidem loqueris ut illi, sed ut illi tamen & sapis & persuades. Quare non fuit ab re, cum ego eos libros, in quibus perfecti formam orato-



ris à Cicerone uideamus expressam, mendis antea de-
formatos, nunc mea correctione expolitos emitterem:
non fuit inquam ab re, tuo nomini dicatos emittere;
ut, quæ de perfecto oratore traduntur, ea perfecti
item oratori titulo cohonestarentur. hoc cum ita exi-
stimassem, quia uidebatur esse aptissimum, feci, &
feci eo libentius, quòd, cum tu mihi & multa iam
summæ humanitatis officia tribuisses, & is esses, qui
tribuere etiam maiora posses; ego, nisi aliquid, præ-
sertim ubi daretur occasio, retribuerem, uerebar ne,
ex duobus maxime insignibus uitijs, alterutris in-
famiam non effugerem, ut uel ea uiderer, quæ à te acce-
pissim, minus meminisse, quod à consuetudine
naturæq; mea alienissimum est; uel ea,
quæ sperari possent, negligere;
quòd quia superbi esset, ab
est non modo à fortu-
na mea, sed &
à uolun-
tate
plurimum.

Vale.

M. D. XLVI.

Venerijs.



5

M. TULLII CICERONIS
AD QUINTVM FRAT-
REM DIALOGI
DE ORATORE.

COGITANTI mihi saepenumero, & umemoria etera repetenti, perbeati fuisse Quinte frater illi uideri solent, qui in optima rep. cum & honoribus, & rerum gestarum gloria florerent, eum uitæ cursum tenere potuerunt, ut uel in negotio sine periculo, uel in otio cum dignitate esse possent. Ac fuit quidem tempus illud, cum mihi quoque initium requiescendi, atque animum ad utriusque nostrum præclara studia referendi fore, iussum, & prope ab omnibus concessum esse arbitrarer, si infinitus forensium rerum labor, & ambitionis occupatio decursu honorum, etiam atatis flexu, constitisset. quam spem cogitationum, & consiliorum meorum cum graues communium temporum, tum uarij nostri casus fefellerunt. nam qui locus quietis, & tranquillitatis plenissimus fore uidebatur; in eo maxima molestiarum, & turbulentissima tempestates exiterunt. Neque uero nobis cupientibus, atque optantibus fructus otij datus est ad eas artes, quibus à pueris dediti fuimus, celebrandas, inter nosq; recordandas. nam & prima etate incidimus in ipsam perturbationem discipline ueteris: & Consulatu deuenimus in medium rerum omnium certamen, atque



discrimen: & hoc tempus omne post Consulatum ob-
 iecimus ijs fluctibus, qui per nos à communi peste
 depulsi, in nosmet ipsos redundarunt. Sed tamen in
 his uel asperitatibus rerum, uel angustijs temporis ob-
 sequar studijs nostris: &, quantum mihi uel fraus
 inimicorum, uel causæ amicorum, uel ipsa resp. tri-
 buet otij, ad scribendum potissimum conferam. Ti-
 bi uero frater neque hortanti deero, neque roganti.
 nam neque auctoritate quisquam apud me plus uale-
 re te potest, neque uoluntate. Ac mihi repetenda est
 ueteris cuiusdam memoria non sane satis explicata
 recordatio, sed, ut arbitror, apta ad id, quod requi-
 ris: ut cognoscas, quæ uiri omnium eloquentissimi
 clarissimiq; senserint de omni ratione dicendi. uis
 enim, ut mihi sæpe dixisti, quoniam, quæ pueris,
 aut adolescentulis nobis ex commentariolis nostris in-
 choata, atque rudia exciderunt, uix hac atate digna,
 & hoc usu, quem ex causis, quas diximus, tot, tan-
 tisq; consecuti sumus; aliquid ijsdem de rebus politius
 à nobis, perfectiusq; proferrî: solesq; nonnunquam
 hac de re à me in disputationibus nostris dissentire;
 quòd ego eruditissimorum hominum artibus eloquen-
 tiam contineri statuam, tu autem illam ab elegantia
 doctrine segregandam putes, & in quodam inge-
 nij, atque exercitationis genere ponendam. Ac mihi
 quidem sæpenumero in summos homines, ac summis
 ingenijs præditos intuenti, quærendum esse uisum
 est, quid esset, cur plures in omnibus artibus, quàm
 in dicendo, admirabiles extitissent. nam quocunqu-
 e animo, & cogitatione conuerteris, permultos ex-



cellentes in quocunque genere uidebis; non mediocrium artium, sed prope maximarum. quis enim est, qui, si clarorum hominum scientiam rerum gestarum uel utilitate, uel magnitudine metiri uelit, non anteponat oratori Imperatorem? quis autem dubitet, quin belli duces ex hac una ciuitate praestantissimos pene innumerabiles, in dicendo autem excellentes uix paucos proferre possimus? Iam uero, consilio, ac sapientia qui regere, ac gubernare temp. possent, multi nostra, plures patrum memoria, atque etiam maiorum extiterunt: cum, boni perquandiu nulli, uix autem singulis aetatibus singuli tolerabiles oratores inuenirentur. Ac ne quis forte cum alijs studijs, quæ reconditis in artibus, atque in quadam uarietate literarum uersentur, magis hanc dicendi rationem, quàm cum Imperatoris laude, aut cum boni senatoris prudentia comparandam putet: conuertat animum, & ea ipsa artium genera circumspeciat, quib; in ijs floruerint, quamq; multi: sic facillime, quanta oratorum sit, semperq; fuerit paucitas, iudicabit. Neque enim te fugit, laudandarum artium omnium procreatricem quandam, & quasi parentem, eam, quam φιλοσοφίαν Græci uocant, ab hominibus doctissimis iudicari: in qua, difficile est enumerare, quot uiri, quanta scientia, quantaq; in suis studijs uarietate, & copia fuerint; qui non aliqua in re una separatim elaborarint, sed omnia, quaecunque essent, uel scientia peruestigatione, uel differendi ratione comprehenderint. Quis ignorat, ij, qui mathematici



DE ORATORE

uocantur, quanta in obscuritate rerum, & quàm
 recondita in arte, & multiplici, subtiliq; uersentur?
 quo tamen in genere ita multi perfecti homines exti-
 terunt, ut nemo fere studuisse ei scientiæ uehemen-
 tius uideatur, quin, quod uoluerit, consecutus sit.
 Quis musicis, quis huic studio literarum, quod pro-
 fitentur ij, qui grammatici uocantur, penitus se de-
 didit, quin omnem illarum artium pene infinitam
 uim, & materiam scientiæ, & cognitione compren-
 derit? Vere mihi hoc uideo esse dicturus: ex omni-
 bus ijs, qui in harum artium studijs liberalissimis
 sint doctrinisq; uersati, minimam copiam poetarum
 egregiorum extitisse: atque in hoc ipso numero, in
 quo perraro exoritur aliquis excellens, si diligenter
 & ex nostrorum, & Græcorum copia comparare uo-
 les, multo tamen pauciores oratores, quàm poetæ
 boni, reperientur. quod hoc etiam mirabilius debet ui-
 deri, quia cæterarum artium studia fere reconditis,
 atque abditis è fontibus hauriuntur; dicendi autem
 omnis ratio in medio posita, communi quodam in
 usu, atque in hominum more, & sermone uersatur:
 ut in cæteris id maxime excellat, quod longissime sit
 ab imperitorum intelligentia, sensuq; disiunctum;
 in dicendo autem uitium uel maximum sit, à uulga-
 ri genere orationis, atque à consuetudine communis
 sensus abhorrere. Ac ne illud quidem uere dici potest,
 aut plures cæteris artibus inseruire, aut maiore dele-
 ctatione, aut spe uerberiore, aut præmijs ad perdiscen-
 dum amplioribus commoueri. Atque, ut omittam
 Græciam, quæ semper eloquentiæ princeps essi uoluit,



atque illas omnium doctrinarum inuenericēs Athe-
 nas, in quibus summa dicendi uis & inuenta est, &
 perfecta: in hac ipsa ciuitate profecto nulla unquam
 uehementius, quàm eloquentiæ studia uiguerunt.
 nam posteaquam, imperio omnium gentium constitu-
 to, diuturnitas pacis otium confirmauit; nemo fere
 laudis cupidus adolescens non sibi ad dicendum studio
 omni eritendum putauit. Ac primo quidem totius
 rationis ignari, qui neque exercitationis ullam uiam,
 neque aliquod præceptum artis esse arbitrantur,
 tantum, quantum ingenio, & cogitatione poterant,
 consequebantur. post autem, auditis oratoribus, Gre-
 cis, cognitisque eorum literis, adhibitisq; doctoribus,
 incredibili quodam nostri homines dicendi studio fla-
 gauerunt. excitabat eos magnitudo, & uarietas,
 multitudoq; in omni genere causarum, ut ad eam
 doctrinam, quam suo quisque studio consecutus es-
 set, adiungeretur usus frequens, qui omnium ma-
 gistrorum præcepta superaret. Erant autem huic stu-
 dio maxima, quæ nunc quoque sunt, proposita præ-
 mia, uel ad gratiam, uel ad opes, uel ad dignitatem.
 ingenia uero, ut multis rebus possumus iudicare,
 nostrorum hominum multum, ceteris hominibus om-
 nium gentium præstiterunt. Quibus de causis, quis
 non iure miretur, ex omni memoria, ætate, tem-
 porum, ciuitatum, tam exiguum oratorum nume-
 rum inueniri? Sed nimirum maius est hoc quiddam,
 quam homines opinantur, & pluribus ex artibus,
 studiisque collectum. Quis enim aliud in maxima di-
 scentiæ multitudine, summa magistrorum copia,



D E O R A T O R E

præstantissimis hominum ingenijs; infinita causarum uarietate; amplissimis eloquentiæ propositis præmijs; esse causæ putet, nisi rei quandam incredibilem magnitudinem, ac difficultatem? Est enim & scientia comprehendenda rerum plurimarum, sine qua uerborum uolubilitas inanis, atque irridenda est: & ipsa oratio conformanda non solum electione, sed etiam constructione uerborum: & omnes animorum motus, quos hominum generi rerum natura tribuit; penitus pernoscendi; quòd omnis uis, ratioq; dicendi in eorum, qui audiunt, mentibus aut sedandis, aut excitandis exprimenda est. Accedat eodem oportet lepos quidam, facetiæq; & eruditio libero digna, celeritasq; & breuitas & respondendi, & lacessendi, subtili uenustate, atque urbanitate coniuncta. Tenenda præterea est omnis antiquitas; exemplorumq; uis. Neque legum, aut iuris ciuilibus scientia negligenda. Nam quid ego de actione ipsa plura dicam? quæ motu corporis, quæ gestu; quæ uultu, quæ uocis conformatione, ac uarietate moderanda est. quæ sola per se ipsa quanta sit, histrionum leuis ars, & scena declarat. in qua cum omnes in oris, & uocis; & motus moderatione elaborent; quis ignorat, quàm pauci sint, fuerintq; quos animo æquo spectare possimus? Quid dicam de thesauro rerum omnium memoria? quæ nisi custos inuentis, cogitatisq; rebus; & uerbis adhibeatur; intelligimus omnia, etiam si præclarissima fuerint, in oratore peritura. Quamobrem mirari desinamus, quæ causa sit eloquentium paucitatis; cum ex illis



rebus uniuersis eloquentia constet, quibus in singulis elaborare permagnum est: hortemurq; potius liberos nostros, ceterosq;, quorum gloria nobis & dignitas chara est, ut animo rei magnitudinem complectantur; neque ijs aut praeceptis, aut magistris, aut exercitationibus, quibus utuntur omnes, sed alijs quibusdam se id, quod expectant, consequi posse confidant. Ac mea quidem sententia nemo poterit esse omni laude cumulatus orator, nisi erit omnium rerum magnarum, atque artium scientiam consecutus. etenim ex rerum cognitione efflorescat, & redundet oportet oratio: quae, nisi subest res ab oratore percepta, & cognita, inanem quandam habet elocutionem, & pene puerilem. neque uero ego hoc tantum oneris imponam, nostris praesertim oratoribus in hac tanta occupatione urbis, ac uitae, nihil ut ijs putem licere nescire: quanquam uis oratoris, professioq; ipsa bene dicendi hoc suscipere, ac polliceri uidetur; ut omni de re, quaecunque sit proposita, ab eo ornate, copioseq; dicatur. sed quia non dubito, quin hoc plerisque immensum, infinitumq; uideatur; & quod Graecos homines, non solum ingenio, & doctrina, sed etiam otio, studioq; abundantes, partitionem quandam artium fecisse uideo, neque in uniuerso genere singulos elaborasse, sed seposuisse à ceteris dictionibus eam partem dicendi, quae in forensibus disceptationibus iudiciorum, aut deliberationum uersaretur, & id unum genus oratori reliquisse: non completar in his libris amplius, quam quod huic generi, re



D E O R A T O R E

quesita; & multum disputata, summorum hominum prope consensu est tributum, repetamq; non ab incunabulis nostræ veteris, puerilisq; doctrinæ quendam ordinem præceptorum, sed ea, quæ quondam accepi in nostrorum hominum eloquentissimorum, & omni dignitate principum disputatione esse uersata: non quo illa contemnam, quæ Græci dicendi artifices, & doctores reliquerunt. sed, cum illa pateant, in promptuq; sint omnibus, neque ea interpretatione mea aut ornatius explicari, aut planius exprimi possint; dabis hanc ueniam mi frater, ut opinor, ut eorum, quibus summa dicendi laus à nostris hominibus concessa est, auctoritatem Græci anteponam.

CVM igitur uehementius inueheretur in causam principum Consul Philippus; Drusiq; Tribunatus, pro senatus auctoritate susceptus, infringi iam ac debilitari uideretur: dici memini, ludorum Romanorum diebus L. Crassum quasi colligendi sua causa se in Tusculanum contulisse. uenisse eodem socer eius qui fuerat, Q. Mutius dicebatur, & M. Antonius, homo & consiliorum in rep. socius. & summa cum Crasso familiaritate coniunctus. exierant autem cum ipso Crasso adolescentes & Drusi maxime familiares, & in quibus magnam uitæ spem maiores natæ dignitatis suæ collocarant, C. Cotta, qui tum Tribunatum pl. petebat, & P. Sulpitius, qui deinceps eum magistratum petiturus prætabatur. hi primo die de temporibus illis, deq; uersa rep. quam ob causam uenerant, multum inte



se usque ad extremum tempus dici collocuti sunt. quo quidem in sermone multa diuinitus à tribus illis consularibus Cotta & commemorata, & deplorata narrabat: ut nihil incidisset postea ciuitati mali, quod non impendere illi tanto ante uidissent. eo autem omni sermone confecto, tantam in Crasso humanitatem fuisse, ut, cum lauti acubuissent, tolleretur omnis illa superioris tristitia sermonis; eaq; esset in homine iucunditas, & tantus in iocando lepos, ut dies inter eos curiæ fuisse uideretur, conuiuium Tusculani. Postero autem die, cum illi maiores natu satis quiescent, in ambulationem uentum esse dicebat: eum Scauolam duobus spatij, tribus uel factis dixisse, cur non imitamur Crasse Socratem illum, qui est in Phadro Platonis? nam me hæc tua platanus admonuit; quæ non minus ad opacandum hunc locum patulis est diffusa ramis, quàm illa, cuius umbram secutus est Socrates: quæ mihi uidetur non tam ipsa aquila, quæ describitur, quàm Platonis oratione creuisse. & quod ille durissimis pedibus fecit, ut se abijceret in herba, atque ita illa, quæ philosophi diuinitus ferunt esse dicta, loqueretur; id meis pedibus certe concedi est æquius. Tum Crassum, Immo uero commodius etiam: puluinosq; poposcisse, & omnes in ijs sedibus, quæ erant sub platano, consedissee dicebat. Ibi, ut ex pristino sermone relaxarentur animi omnium, solebat Cotta narrare, Crassum sermonem quendam de studio dicendi intulisse. qui cum ita esset exorsus: non sibi cohortandum Sulpitium, & Cottam, sed magis utrunque collaudandum ui-



deri, quòd tantam iam essent facultatem adepti, ut non equalibus suis solum anteponerentur, sed cum maioribus natu compararentur: Neque uero mihi quidquam, inquit, prestabilius uidetur, quàm posse dicendo tenere hominum cœtus, mentes allicere uoluntates impellere, quò uelis; unde autem uelis deducere. hac una res in omni libero populo, maximeq; in pacatis, tranquillisque ciuitatibus precipue semper floruit, semperq; dominata est. quid enim est aut tam admirabile, quàm ex infinita multitudinè hominum existere unum, qui id, quod omnibus natura sit datum, uel solus, uel cum paucis fieri possit? aut tam iucundum cogniti, atque auditu quàm sapientissimis sententijs, grauisissimisque uerbis ornata oratio, et perpolita? aut tam potens, tamè magnificum, quàm populi motus, iudicum religionem, senatus grauitatem unius oratione conuertit. Quid tam porro regium, tam liberale, tam munificum, quàm opem ferre supplicibus, excitare afflictos; dare salutem, liberare periculis, retinere homines in ciuitate? Quid autem tam necessarium, quàm tenere semper arma, quibus uel tectus ipse esse possis; uel prouocare improbos, uel te ulcisci laeseris? Age uero, ne semper forum, subsellia, Rostrum curiamq; mediteris; quid esse potest in otio aut iucundius, aut magis proprium humanitatis, quàm sermo facetus, ac nulla in re rudis? hoc enim uno prestamus uel maxime feris, quòd colloquimur inter nos et quod exprimere dicendo sensa possimus. Quam obrem quis hoc non iure miretur, summeq; in eo est



borandum esse arbitretur, ut, quo uno homines maxime bestijs præstent, in hoc hominibus ipsis antecellat? Ut uero iam ad illa summa ueniamus: quæ uis alia potuit aut dispersos homines. unum in locum congregare; aut à fera, agrestiq; uita ad hunc humanum cultum, ciuilemq; deducere; aut iam constitutis ciuitatibus leges, iudicia, iura describere? Ac ne plura, quæ sunt pene innumerabilia, consæter, comprehendam breui. sic enim statuo, perfecti oratoris moderatione, & sapientia non solum ipsius dignitatem, sed & priuatorum plurimorum, & uniuersa reip. salutem maxime contineri. Quamobrem pergite, ut facitis, adolescentes, atque in id studium, in quo estis, incumbite: ut & uobis honori, & amicis utilitati, & reip. emolumento esse possitis. Tum Scauola comiter, ut solebat, Cætera, inquit, assentior Crasso, ne aut de C. Laliij soceri mei, aut de huius generi aut arte, aut gloria detraham: sed illa duo Crasse uereor ut tibi possim concedere, unum, quòd ab oratoribus ciuitates & ab initio constitutas, & sæpe conseruatas esse dixisti: alterum, quòd, remoto foro, concione, iudicijs, senatu, statuisti oratorem in omni genere sermonis, & humanitatis esse perfectum. Quis enim tibi hoc concesserit, aut initio genus hominũ, in montibus, ac syluis dissipatum, non prudentium consilijs compulsum potius, quàm disertorum oratione delinitum; se oppidis, mœnibusq; sepsisse? aut uero reliquas utilitates aut inshtuendis, aut conseruandis ciuitatibus, non à sapientibus, & fortibus uiris, sed à disertis, & ornate dicentibus esse constitutas? An uero tibi Ro-



nullus ille aut pastores, & conuenas congregasti
 aut Sabinorum connubia coniunxisti, aut finitimi-
 rum vim repressisti eloquentia uidetur, non consilia
 & sapientia singulari? Quid in Numa Pompilio
 quid in Seruio Tullo? quid in ceteris regibus? quo-
 rum multa sunt eximia ad constituendam rem-
 num quod eloquentiae uestigium apparet? Quid in
 actis regibus? tamen ipsam exactionem mente, non
 lingua perfectam. L. Bruti esse cernimus. sed de
 ceteris omnia nonne plena consiliorum, inania uer-
 rum uidemus? Ego uero, si uelim & nostrae ciui-
 tis exemplis uti; & aliarum, plura proferre pos-
 detrimenta publicis rebus, quam adiumenta per
 mines eloquentissimos importata. sed, ut reliqua
 praetermittam, omnium mihi uideor, exceptis Cra-
 uobis duobus, eloquentissimos audisse, Ti. &
 Sempronios: quorum pater homo prudens, & gra-
 uis, haud quaquam eloquens, & saepe alias,
 maxime Censor salutis reip. fuit. atque is non ac-
 rata quadam orationis copia, sed nutu, atque ue-
 libertinos in urbanas tribus transtulit: quod nisi
 eisset, rempublicam nunc uix teneremus, iandiu in
 lam haberemus. at uero eius filij disertj, & om-
 bus uel naturae, uel doctrinae praesidijs ad dicenda
 parati, cum ciuitatem uel paterno consilio, uel ad
 eis armis florentissimam accepissent, ista praec-
 gubernarice, ut ais, ciuitatum eloquentia re-
 dissipauerunt. Quid leges ueteres, mosq; maiorum
 quid auspicia, quibus & ego, & tu Crasse cum ri-
 gna reip. salute praesumus? quid religiones, &



rimonia? quid hec iura ciuilia, quæ iam pridem in
 nostra familia sine ulla eloquentiæ laude uersantur?
 num aut inuenta sunt, aut cognita, aut omnino ab
 oratorum genere tractata? Equidem & Ser. Galbam
 memoria teneo, diuinum hominem in dicendo, & M.
 Acmilium Porcinam, & C. ipsum Carbonem, quem
 tu adolescens percullisti, ignarum legum, hesi-
 tantem in maiorum institutis, rudem in iure ciuili:
 & hæc ætas nostra, præter te Crasse, qui tuo magis
 studio, quàm proprio munere aliquo disertorum, ius
 à nobis ciuile didicisti; quod interdum pudeat, iuris
 ignara est. Quod uero in extrema oratione quasi tuo
 iure sumpisti, oratorem in omni sermonis disputa-
 tione copiosissime posse uersari: id, nisi hic in tuo re-
 gno essemus, non tulissem; multisq; præessem, quæ
 aut interdicto tecum contenderent; aut te ex iure ma-
 nu confertum uocarent, quòd in alienas possessiones
 tam temere irruisses. Agerent enim tecum lege pri-
 mum Phitagorei omnes, atque Democritici, cæte-
 riq; in suo genere physici: uindicarentq; ornati homi-
 nes in dicendo, & graues; quibuscum tibi iusto sa-
 cramento contendere non liceret. Urgerent præterea
 philosophorum greges, iam ab illo fonte, & capite
 Socrate: nihil te de bonis rebus in uita, nihil de ma-
 lis, nihil de animi permotionibus, nihil de hominum
 moribus, nihil de ratione uitæ didicisse, nihil omnino
 quasisse, nihil scire conuincerent: & cum uniuersi
 in te impetum fecissent, tum singula familiae litem
 tibi intenderent. Instaret Academia, quæ, quidquid
 dixisses, id te ipsum negare cogeret. Stoici uero no-



D E O R A T O R E

stri disputationum suarum; atque interrogationum
 laqueis te irretitum tenerent. Peripatetici autem etiam
 hæc ipsa, quæ propria oratorum putas esse adiumen-
 ta, atque ornamenta dicendi, ab se peti uincerent
 oportere: ac non solum meliora, sed etiam multi-
 plura Aristotelem, Theophrastumq; de his rebus
 quàm omnes dicendi magistros, scripsisse ostenderent.
 Missos factio mathematicos, grammaticos, musico-
 quorum artibus uestra ista dicendi uis ne minima qua-
 dem societate coniungitur. Quamobrem ista tanta
 tamq; multa profitenda Crasse non censeo. Satis id
 magnum, quod potes præstare, ut in iudicijs ea cari-
 sa, quamcunque tu dicis, melior, & probabilior es-
 se uideatur: ut in concionibus, ut in sententijs dicen-
 dis ad persuadendum tua plurimum ualeat oratio
 denique ut prudentibus diserte, stultis etiam uere de-
 cere uidearis. hoc amplius si quid poteris, non id mihi
 uidebitur orator, sed Crassus sua quadam propria
 non communi oratorum facultate posse. Tum ille
 Non sum, inquit, nescius Sceuola ista inter Græce
 dici, & disceptari solere. audiui enim summos ho-
 mines, cum Quæstor ex Macedonia uenissem Athenas
 florente Academia, ut temporibus illis ferebatur
 quòd eam Carneades, & Clitomachus, & Aeschines
 obtinebant. erat etiam Metrodorus, qui cum illis un-
 ipsum Carneadem diligentius audierat, hominem om-
 niu in dicendo, ut ferebant, acerrimum, & co-
 piosissimum. uigebat auditor Panætij illius tui Mne-
 sarchus: & Peripatetici Critolaus, & Diodorus
 multi etiam præterea præclari in philosophia, &



nobiles: à quibus omnibus una pene repelli uoce oratorum à gubernaculis ciuitatum, excludi ab omni doctrina, rerumq; maiorum scientia, ac tantum in iudicia, & conciunculas, tanquam in aliquod pistrinum, detrudi, & compingi uidebam. Sed ego neque illis assentiebar, neque harum disputationum inuentori, & principi longe omnium in dicendo grauissimo, & eloquentissimo Platoni. cuius tum Athenis diligentius legi cum Carneade Gorgiam. quo in libro in hoc maxime admirabar Platonem, quòd mihi in oratoribus irridendis ipse orator summus uidebatur. uerbi enim controuersia iandiu torquet Græculos homines contentionis cupidiores, quàm ueritatis. Nam si quis hunc statuet esse oratorem, qui tantummodo in iure, aut in iudicijs possit, aut apud populum, aut in senatu copiose loqui: tamen huic ipsi multa tribuat, & concedat necesse est. neque enim sine multa pertractatione omnium rerum publicarum, neque sine legum, moris, iuris scientia, neque natura hominum incognita, ac moribus, in his ipsis rebus satis callide uersari, & perite potest. qui autem hac cognouerit, sine quibus ne illa quidem minima in causis quisquam recte tueri potest; quid huic abesse poterit de maximarum rerum scientia? Sin oratoris nihil uis esse, nisi compositæ, ornate, copiose eloqui: quæro, id ipsum qui possit assequi sine ea scientia, quam ei non conceditis? dicendi enim uirtus, nisi ei, qui dicit, ea, de quibus dicit, percepta sint, extare non potest. Quamobrem si ornate locutus est; sicut fertur, & mihi uidetur, physicus ille Demo-



crius: materies illa fuit physici, de qua dixit; ornatus uero ipse uerborum oratoris putandus est. Et si Plato de rebus à civilibus controuersijs remotissimis diuinitus est locutus, quod ego concedo; si item Aristoteles, si Theophrastus, si Carneades in rebus ijs, de quibus disputauerunt, eloquentes, et in dicendo suaves, atque ornati fuerunt: sint eæ res, de quibus disputant, in alijs quibusdam studijs; oratio quidem ipsa propria est huius unius rationis, de qua loquimur, et quærimus. Etenim uidemus ijsdem de rebus ieiune quosdam, et exiliter, ut eum, quem acutissimum ferunt, Chrysippum, disputauisse; neque ob eam rem philosophiæ non satis fecisse, quod non habuerit hanc dicendi ex arte alienam facultatem. Quid ergo interest? aut qui discernes eorum, quos nominauit, ubertatem in dicendo, et copiam, ab eorum exilitate, qui hac dicendi uarietate, et elegantia non utuntur? Vnum erit profecto, quod ij, qui bene dicunt, afferunt propriam, compositam orationem, et ornatum, et artificio quodam, et expolitione distinctam. hæc autem oratio, si res non subest ab oratore precepta, et cognita, aut nulla sit necesse est, aut omnium irrisione ludatur. quid est enim tam furiosum, quàm uerborum uel optimorum, atque ornatissimorum sonitus inanis nulla subiecta sententia, nec scientia? Quidquid erit igitur, quacunque ex arte, quocunque de genere; id orator si, tanquam clientis causam, didicerit, dicet melius, et ornatius, quàm ille ipse eius rei inuentor, atque artifex. Nam si quis erit, qui hoc dicat,



esse quasdam oratorum proprias sententias; atque causas, & quascertarum rerum forensibus cancellis circumscriptionem scientiam: fatebor equidem in his magis assidue uersari hanc nostram diuisionem: sed tamen in his ipsis rebus permulta sunt, quae isti magistri, qui rhetorici uocantur, nec tradunt, nec tenent. Quis enim nescit maximam uim existere oratoris in hominum mentibus uel ad iram, aut odium; aut dolorem incitandis, uel ab hisce iisdem permotionibus ad lenitatem, misericordiamq; reuocandis? quae nisi, qui naturas hominum, uimq; omnem humanitatis, causasq; eas, quibus mentes aut incitantur, aut reflectuntur, penitus perspexerit, dicendo, quod uolet, perficere non poterit. Atqui totus hic locus philosophorum putatur proprius: neque orator me auctore unquam repugnabit: sed, cum illis cognitionem rerum concesserit, quod in ea solum illi uoluerint elaborare; tractationem orationis, quae sine illa scientia nulla est, sibi assumet. hoc enim est proprium oratoris, quod saepe iam dixi, oratio grauis, & ornata, & hominum sensibus, ac mentibus accommodata. quibus de rebus Aristotelem, & Theophrastum scripsisse fateor. sed uide, ne hoc Scauola totum sit à me. nam ego, quae sunt oratori cum illis communia, non mutuor ab illis: isti, quae de his rebus disputant, oratorum esse concedunt: itaque ceteros libros artis suae nomine, hos rhetoricos & inscribunt, & appellant. Etenim, cum illi in dicendo inciderint loci, quod persaepe euenit, ut de dijs immortalibus, de pietate, de concordia, de amicitia,



D E O R A T O R E

de communi ciuium , de hominum , de gentium ire , de æquitate , de temperantia , de magnitudine animi , de omni uirtutis genere sit dicendum : clamabunt credo omnia gymnasia , atque omnes philosophorum scholæ , sua hæc esse omnia propria , nihil omnino ad oratorem pertinere . quibus ego , ut de his rebus omnibus in angulis consumendi otij causa differant , cum concessero ; illud tamen oratori tribuam , & dabo , ut eadem , de quibus illi tenui quodam , & exiguo sermone disputant , hic omni tum grauitate , tum etiam iucunditate explicet . Hæc ego cum ipsis philosophis tum Athenis differebam . cogebat enim me M. Marcellus hic noster , qui nunc Aedilis Cur. est : & profecto , nisi ludos nunc faceret , huic nostro sermoni interesset : ac iam tum erat adolescentulus his studijs mirifice deditus . Iam uero de legibus instituendis , de bello , de pace , de socijs , de uetigalibus , de iure ciuium generatim in ordines , ætatesque descripto , dicant uel Græci , si uolunt , Lycurgum , aut Solonem (quanquam illos quidem censemus in numero eloquentium reponendos) scisse melius , quam Hyperidem , aut Demosthenem , perfectos iam homines in dicendo , & perpolitos : uel nostri decemuiros , qui XII tabulas perscripserunt , quos necesse est fuisse prudentes , anteponant in hoc genere & Ser. Galbæ , & socero tuo C. Lælio , quos , constat dicendi gloria præstitisse . nunquam enim negabo esse quasdam artes proprias eorum , qui in his cognoscendis , atque tractandis studium suum omne posuerunt : scædum oratorem plenum , atque perfectum esse eum dicam .



qui de omnibus rebus possit uarie, copiosèq; dicere. Etenim sæpe in ijs causis, quas omnes proprias esse oratorum confitentur, est aliquid, quod non ex usu forensi, quem solum oratoribus conceditis, sed ex obscuriore aliqua scientia sit promendum, & assumendum. quæro enim, num possit aut contra Imperatorem, aut pro Imperatore dici sine rei militaris usu, aut sæpe etiam sine regionum terrestrium, aut maritimarum scientia? num apud populum de legibus iubendis, aut uetandis? num in senatu de omni reip. genere dici sine summa rerum ciuiliū cognitione, & prudentia? num admoueri possit oratio ad sensus animorum, atque motus uel inflammandos, uel etiam extinguendos, quod unum in oratore dominatur, sine diligentissima peruestigatione earum omnium orationum, quæ de naturis humani generis, ac moribus à philosophis explicantur? Atque haud scio, an minus hoc uobis sim probaturus: equidem non dubitabo, quod sentio, dicere. physica ista ipsa, quæ paulo ante, & mathematica, & cæterarum artium propria, posuisti; scientiæ sunt eorum, qui illa profitentur: illustrare autem oratione si quis istas ipsas artes uelit, ad oratoris ei confugiendum est facultatem. Neque enim, si Philonem illum architectum, qui Atheniensibus armamentarium fecit, constat perdiserte populo rationem operis sui reddidisse; existimandum est, architecti potius artificiosum, quàm oratoris fuisse. nec, si huic M. Anthonio pro Hermodoro fuisse de naualium opere dicentem, non, cum ab illo causam didicisset, ipse orna-



D E O R A T O R E

*de de alieno artificio, copiosèq; dixisset. neque uero
 Asclepiades, is, quo nos medico, amicoq; usi sumus;
 eum, cum eloquentia uincebat ceteros medicos, in eo
 ipso, quod ornate dicebat, medicinæ facultate ute-
 batur, non eloquentiæ. Atque illud est probabilius,
 neque tamen uerum, quod Socrates dicere solebat;
 omnes in eo, quod scirent, satis esse eloquentes. il-
 lud uerius; neque quenquam in eo disertum esse pos-
 se, quod nesciat; neque, si optime sciat, ignarusq;
 sit faciendæ, ac poliendæ orationis, discrete id ipsum,
 de quo sciat, posse dicere. Quamobrem, si quis uni-
 uersam, et propriam oratoris uim definire, comple-
 tiq; uult; is orator erit mea sententiâ hoc tam graui
 dignus nomine, qui, quæcunque res inciderit, quæ
 sit diuisione explicanda, prudenter, et compositè, et
 ornate, et memoriter dicat, cum quosdam etiam a-
 ctionis dignitate. sin cuiquam nimis infinitum uide-
 tur, quod ita proposui quæcunque de re: licet hinc
 quantum cuique uidebitur, circuncidat, atque am-
 puet: tamen illud tenebo; si, quæ cæteris in arti-
 bus, aut studijs sita sunt, orator ignoret; taneumq;
 ea teneat, quæ sint in disceptationibus, aut in usu
 forensi; tamen, his de rebus ipsis si sit ei dicendum
 cum cognouerit ab ijs, qui tenent, quæ sint in qua-
 que re; multo oratorem melius, quam ipsos illos, quo-
 rum eæ sunt artes, esse dicturum. Ita si de re milita-
 ri dicendum huic erit Sulpicio, quærat à C. Martio
 affini nostro, et, cum acceperit, ita pronuntiabit
 ut ipsi C. Martio pene hic melius, quam ipse ille, sci-
 re uideatur. sin de iure civili, tecum communica-*



bit, teq; hominem prudentissimum, & peritissimum, in ijs ipsis rebus, quas abs te didicerit, dicendi arte superabit. Sin quaeres inciderit, in qua de natura, de uitijs hominum, de cupiditatibus, de modo, de continentia, de dolore, de morte dicendum sit: forsitan, si ei sit uisum, (etsi haec quidem nosse debet orator) cum Sex. Pompeio, erudito homine in philosophia, communicabit: hoc profecto efficit, ut, quamcumque rem à quoque cognouerit, de ea re multo dicat ornatius, quàm ille ipse, unde cognorit. sed, si me audierit, quoniam philosophia in tres partes est distributa, in naturæ obscuritatem, in differendi subtilitatem, in uitam, atque mores. duo illa relinquamus; idq; largiamur inertiae nostrae: tertium uero, quod semper oratoris fuit, nisi tenebimus; nihil oratori, in quo magnus esse possit, relinquemus. quare hic locus de uita, & moribus totus est oratori perdiscendus: cetera, si non didicerit, tamen poterit, si quando uolet, ornare dicendo, cum erunt ad eum delata, & tradita. etenim si constat inter doctos, hominem ignarum astrologiae ornatissimis, atque optimis uersibus Aratum de caelo, stellisq; dixisse; de rebus rusticis hominem ab agro remotissimum Licandrum Colophonium poeticae quadam facultate, non rustica, scripsisse praclare: quid est, cur non orator de rebus ijs eloquentissime dicat, quas ad certam causam, tempusq; cognorit? est enim finitimus oratori poeta, numeris astrictior paulo, uerborum uero licentia liberior, multis uero ornandi generibus ornatus, ac pene par, in hoc quidem certe prope idem,



D E O R A T O R E

nullis ut terminis circumscribat, aut definiat ius
 suum, quo minus ei liceat eadem illa facultate, et
 copia uagari, quàm uelit. Nam quòd illud Q. Sca-
 uola negasti te fuisse laturum, nisi in meo regno es-
 ses; quòd in omni genere sermonis, in omni parte
 humanitatis dixerim oratorem perfectum esse debe-
 re: nunquam mihi hercule hoc dicerem, si eum, quem
 fingo, me ipsum esse arbitrarer: sed ut solebat C. Lu-
 cilius saepe dicere, homo tibi subiratus, mihi propter
 eam ipsam causam minus, quàm uolebat, familia-
 ris, sed tamen et doctus, et perurbanus, sic sen-
 tio, neminem esse in oratorum numero habendum,
 qui non sit omnibus ijs artibus, quæ sunt libero ho-
 mine dignæ, perpolitus: quibus ipsis si in dicendo nomi-
 utimur, tamen apparet, atque extat, utrum simus
 earum rerum rudes, an didicerimus: ut qui pila lu-
 dunt, non utuntur in ipsa lusione artificio proprie
 palæstræ, sed indicat ipse motus, didicerint ne pa-
 læstram, an nesciant; et qui aliquid fingunt, et
 tum pictura nihil utuntur, tamen, utrum sciant pin-
 gere, an nesciant, non obscurum est: sic in orationi-
 bus hisce ipsis iudiciorum, concionum, senatus, etiam
 si proprie ceteræ non adhibentur artes, tamen factum
 declaratur, utrum is, qui dicat, tantummodo in hoc
 declamatorio sit opere iactatus, an ad dicendum om-
 nibus ingenuis artibus instructus accesserit. Tum rat-
 dens Scauoea, Non luctabor, inquit, tecum Crasse
 amplius. id enim ipsum, quod contra me locutus es
 artificio quodam es consecutus, ut et mihi, que ego
 uellem, non esse oratoris concederes; et ea ipsa na-



scio quo modo rursus detorqueres, atque oratori propria traderes. Hac, cum ego Prator Rhodum uenissem, & cum summo illo doctore istius discipline Apollonio ea, quae à Panatio acceperam, contulissem: irrisit ille quidem, ut solebat, philosophiam, atque contempsit; multa q; non tam grauius dixit, quam facete: tua autem fuit oratio eiusmodi, non ut ullam artem, doctrinam ue contemneres, sed ut omnibus comites, ac ministras oratoris esse diceres. Quas, ego, si quis sit unus complexus omnes, idemq; si ad eas facultatem istam ornatissimae orationis admixerit; non possum dicere cum non egregium quendam hominem, atque admirandum fore. sed is, si quis esset, aut si etiam unquam fuisset, aut uero si esse posset; tu esses unus profecto; qui & meo iudicio, & omnium uix ullam ceteris oratoribus (pauciorum dixerim) laudem reliquisti. Verum si tibi ipsi nihil deest, quod in forensibus rebus, civilibusq; ueretur, quin scias; neque eam tamen scientiam, quam diungis oratori, complexus es: uideamus, ne plus ei tribuas, quam res, & ueritas ipsa concedat. Hic Crassus, Memento, inquit, me non de mea, sed de oratoris facultate dixisse. quid enim nos aut didicimus, ut scire potuimus? qui ante ad agendum, quam ad cognoscendum uenimus: quos in foro, quos in amitione, quos in rep. quos in amicorum negotiis res ista ante conficit, quam possemus aliquid de rebus tantis suspicari. quod si tibi tantum in nouidetur esse; quibus etiam si ingenium, ut iudas, non maxime defuit, doctrina certe,



Et otium, Et hercule etiam studium illud dicendi
 acerrimum defuit: quid censes, si ad alicuius inge-
 nium uel maius illa, quæ ego non attigi, accesserint,
 qualem illum, Et quantum oratorem futurum?
 Tum Antonius, Probas mihi, inquit, ista Crasse,
 quæ dicis: nec dubito, quin multo locupletior in di-
 cendo futurus sit, si quis omnium rerum, atque ar-
 tium rationem, naturamq; comprehenderit. sed pri-
 mum id difficile factu est, præsertim in hac nostra
 uita, nostrisq; occupationibus. deinde illud etiam ue-
 rendum est, ne abstrahamur ab hac exercitatione; Et
 consuetudine dicendi populari, Et forensi. aliud enim
 mihi quoddam genus orationis esse uidetur eorum
 hominum, de quibus paulo ante dixisti: quamuis il-
 li ornate, Et grauius aut de natura rerum, aut
 humanis de rebus loquantur. nitidum quoddam ge-
 nus est uerborum, Et lætum, sed palastra magis, Et
 olei, quàm huius ciuiliis turbæ, ac fori. nanque ego
 met, qui sero, ac leuiter græcas literas attigissem, ta-
 men, cum pro Consulē in Ciliciam proficiscens Athenas
 uenissem, complures tum ibi dies sum propter na-
 uigandi difficultatem commoratus. sed cum quoti-
 die mecum haberem homines doctissimos, eos fere ip-
 sos, qui abs te modo sunt nominati; cumq; hoc ne-
 scio quo modo apud eos increbuisset, me in causis ma-
 ioribus, sicuti te, solere uersari: pro se quisque eo-
 rum, quantum quisque poterat, de officio, Et ra-
 tione oratoris disputabat. Horum alij, sicut iste ip-
 Mnesarchus, hos, quos nos oratores uocaremus, ni-
 hil esse dicebat, nisi quosdam operarios lingua celo-
 ri, Et



ri, & exercitata : oratorem autem, nisi qui sapiens esset, esse neminem : atque ipsam eloquentiam, quòd ex bene dicendi scientia constaret. unam quandam esse uirtutem : & qui unam uirtutem haberet, omnes habere : easq; ipsas esse inter se æquales, & pares : ita, qui esset eloquens, eum uirtutes omnes habere, atque esse sapientem. Sed hæc erat spinosa quædam, & exilis oratio, longèq; à nostris sensibus abhorrebat. Carneades uero multo uberius iisdem de rebus loquebatur : non quo aperiet sententiam suam, (hic enim mos erat patrius Academiae, aduersari semper omnibus in disputando) sed tum maxima tamen hoc significabat : eos, qui rhetores nominarentur, & qui dicendi præcepta traderent, nihil plane tenere ; neque posse quenquam facultatem assequi dicendi, nisi qui philosophorum inuenta didicisset. Disputabant contra disertis homines Athenienses, in rep. causisq; uersati : in quibus erat etiam is, qui nuper Romæ fuit, Menedemus hospes meus. qui cum diceret esse quandam prudentiam, quæ uersaretur in perspiciendis rationibus constituendarum, & regendarum rerum publicarum : excitabatur homo promptus ab homine abundanti doctrina, & quadam incredibili uarietate rerum, & copia. omnes enim partes illius ipsius prudentiæ petendas esse à philosophia docebat : neque ea, quæ statuerentur in rep. de dijs immortalibus, de disciplina iuuentutis, de iustitia, de patientia, de temperantia, de modo rerum omnium, ceteraq; sine quibus ciuitates aut esse, aut bene moratæ esse non possent, usquam in eorum li-



D E O R A T O R E

bris inueniri. Quòd si tantam uim rerum maximarum arte sua rhetorici illi doctores complecterentur: querebat, cur de proœmijs, & de epilogis, & de huiusmodi nugis (sic enim appellabat) referti essent eorum libri; de ciuitatibus instituendis, de scribendis legibus, de æquitate, de iustitia, de fide, de frangendis cupiditatibus, conformandisq; hominum moribus litera in eorum libris nulla inueniretur. ipsa uero præcepta sic illudere solebat, ut ostenderet non modo eos illius experteis esse prudentiæ, quàm sibi asciscerent, sed ne hanc quidem ipsam dicendi rationem, ac uiam nosse. caput enim esse arbitrabatur oratoris, ut & ipsis, apud quos ageret, talis; qualem se ipse optaret, uideretur; id fieri uite dignitate; de qua nihil rhetorici isti doctores in præceptis suis reliquissent: & uti qui audirent, sic afficerentur animis, ut eos affici uellet orator: quod item fieri nullo modo posse, nisi cognosceret is, qui diceret, quot modis hominum mentes, & quibus rebus, & quo genere orationis in quanque partem mouerentur: hæc autem esse penitus in media philosophia reclusa, atque abdita: quæ isti rhetores ne primoribus quidem labris attigissent. Ea Menedemus exemplis magis quàm argumentis conabatur refellere. memoriter enim multa ex orationibus Demosthenis præclare scripta pronuncians, docebat illum in animis uel iudicum, uel populi in omnem partem dicendo permouendis non fuisse ignarum, quibus ea rebus consequeretur, quæ negaret ille sine philosophia quenquam scire posse. Hic respondebat, non se negar



Demosthenem summam prudentiam, summamq; vim habuisse dicendi: sed siue ille hoc ingenio potuisset; siue, id quod constaret, Platonis, studiosus audiendi fuisset; non quid ille potuisset, sed quid isti docerent, esse quærendum. Sæpe etiam in eam partem ferebatur oratione, ut omnino disputaret, nullam artem esse dicendi. idq; cum argumentis doceret, quòd ita nati essemus, ut & blandiri, & suppliciter insinuare ijs, à quibus esset petendum, & aduersarios minaciter terrere possemus; & rem gestam exponere; & id, quod intenderemus, confirmare; & id, quod contra diceretur, refellere; & ad extremum deprecari aliquid, & conqueri: quibus in rebus omnis oratorum uersaretur facultas: & quòd consuetudo, exercitatioq; & intelligendi prudentiam acueret, & eloquendi celeritatem incitaret: tum etiam exemplorum copia nitebatur. nam primum quasi dedita opera neminem scriptorem artis ne mediocriter quidem disertum fuisse dicebat: cum repereret usque à Corace nescio quo, & Tisia; quos artis illius inuentores, & principes fuisse constaret. eloquentissimos autem homines, qui ista nec didicissent, nec omnino scisse curassent, innumerabiles quosdam nominabat: in quibus etiam siue ille irridens, siue quòd ita putaret, atque ita audisset, me in illo numero, qui illa non didicissem, & tamen, ut ipse dicebat, possem aliquid in dicendo, proferebat. quorum ego illi alterum facile assentiebar, nihil me didicisse: in altero autem me illudi ab eo, aut etiam ipsum errare arbitrabar. Artem uero negabat esse ul-



D E O R A T O R E

lam; nisi quæ cognitis, penitusq; perspectis, & in unum exitum spectantibus, & nunquam fallentibus rebus contineretur: hæc autem omnia, quæ tractarentur ab oratoribus, dubia esse, & incerta; cum & dicerentur ab ijs, qui ea omnia non plane teneant; & audirentur ab ijs, quibus non scientia esset tradenda, sed exigui temporis aut falsa, aut certe obscura opinio. Quid multa? sic mihi tum persuadere uidebatur; neque artificium ullum esse dicendi; neque quenquam posse, nisi qui illa, quæ à doctissimis hominibus in philosophia dicerentur, cognosset, aut callide, aut copiose dicere. Quibus dicere Carneades solebat, ingenium tuum Crasse uehementer admirans, me sibi per facilem in dicendo, te perpugnantem in disputando esse uisum. Tumq; ego hac eadem opinione adductus, scripsi etiam illud quodam in libello, qui me imprudente, & inuito excidit, & peruenit in manus hominum; disertos me cognosse nonnullos, eloquentem adhuc neminem: quod eum statuebam disertum, qui posset satis acute, atque dilucide apud mediocres homines ex communi quadam hominum opinione dicere; eloquentem uero, qui mirabilius, & magnificentius augere posset, atque ornare, quæ uellet, omnesq; omnium rerum, quæ ad dicendum pertinerent, fontes animo, ac memoria contineret. id si est difficile nobis; qui ante, quam ad discendum ingressi sumus, obruimur ambitione, & foro: sit tamen in re positum, atque natura. ego enim, quantum augurior coniectura, quantaq; ingenia in nostris hominibus esse uideo; non despero fore



aliquem aliquando, qui & studio acriore, quàm nos sumus, atque fuimus, & otio, ac facultate discendi maiore, ac maturiore; & labore, atque industria superiore, cum se ad audiendum, legendum, scribendumq; maiore opera dediderit, existat talis orator, qualem quærimus; qui iure non solum disertus, sed etiam eloquens dici possit: qui tamen mea sententia aut hic est iam Crassus: aut, si quis pari fuerit ingenio, pluráq; quàm hic, & audierit, & lectitarit, & scripserit; paulum huic aliquid poterit addere. Hoc loco Sulpicius, Insperanti mihi, inquit, & Cottæ, sed ualde optanti utrique nostrum cecidit, ut in istum sermonem Crasse delaberemini. nobis enim huc uenientibus iucundum satis fore uidebatur, si, cum uos de rebus alijs loqueremini, tamen nos aliquid ex sermone uestro memoria dignum excipere possemus: ut uero penitus in eam ipsam totius huius uel studij, uel artificij, uel facultatis disputationem pene intimam perueniretis, uix optandum nobis uidebatur. ego enim, qui ab ineunte ætate incensus essem studio utriusque uestrum, Crassi uero etiam amore; cum ab eo nusquam discederem, uerbum ex eo nunquam elicere potui de uia, ac de ratione dicendi; cum & per me ipsum egissem, & per Drusum sæpe tentassem. quo in genere tu Antoni (uere loquar) nunquam mihi percunãtanti, aut quærenti aliquid defuisti; & persæpe me, quæ soleres in dicendo obseruare, docuisti. Nunc, quoniam uterque uestrum patefecit earum rerum ipsarum aditum, quas quærimus; & quoniam princeps Crassus eius sermonis ordiendi



fuit: date nobis hanc ueniam, ut ea, quæ sentitis à
 omni genere dicendi, subtiliter persequamini. quo
 quidem si erit à uobis impetratum: magnam habebit
 Crasse huic palastra, & Tusculano tuo gratiam
 & longe Academia illi, ac Lycio tuum hoc suburba
 num gymnasium anteponam. Tum ille, Immo ue
 ro, inquit, Sulpiti rogemus Antonium; qui & po
 test facere id, quod requiris; & consuevit, ut te au
 dio, dicere. nam me quidem fateor semper à genere
 hoc toto sermonis refugisse, & tibi cupienti, atque
 instanti sapissime negasse, ut tute paulo ante dixi
 sti. quod ego non superbia, neque in humanitate fa
 ciebam; neque quo studio rectissimo, atque optimo
 non obsequi uellem; præsertim cum te unum ex om
 nibus ad dicendum maxime natum, aptumq; co
 gnossem; sed mehercule istius disputationis insolentia,
 atque earum rerum, quæ quasi traduntur in
 arte, inscitia. Tum Cotta. Quoniam id, quod dif
 ficillimum nobis uidebatur, ut omnino de his rebus
 Crasse loquerere, assecuti sumus: de reliquo iam no
 stra culpa fuerit, si te, nisi omnia, quæ percuncta
 ti erimus, explicaris, dimiserimus. De ijs credo re
 bus, inquit Crassus, ut in conditionibus scribi solet
 quibus sciam, poterôq;. Tum ille: Nanque quod
 non poteris, aut nescies, quis nostrum tam impudens
 est, qui se scire, aut posse postulet? Iam uero ista con
 ditione, dum mihi liceat negare posse, quod non pe
 tero, & fateri nescire, quod nesciam; licet, inqu
 Crassus, uestro arbitrati percunctemini. Atque, in
 quit Sulpicius; hoc primum ex te, de quo modo Ar



tonius exposuit, quid sentias quærimus; existimes ne artem aliquam esse dicendi. Quid mihi nunc uos, inquit Crassus, tanquam alicui Græculo otioso, & loquaci, & fortasse docto, atque erudito, quæstionculam, de qua meo arbitrato loquar, imponitis? Quando exim me ista curasse, aut cogitasse arbitrâmini? non semper irrisisse potius eorum hominum impudentiam, qui, cum in schola assedissent, ex magna hominum frequentia dicere iuberent, si quis quid quæreret. quod primum ferunt Leontium fecisse Gorgiam: qui permagnum quiddam suscipere, ac profiteri uidebatur, cum se ad omnia, de quibus quisque audire uellet, esse paratum denunciaret: postea uero uulgo hoc facere cœperunt, hodièq; faciunt; ut nulla sit res neque tanta, neque tam improuisa, neque tam noua, de qua se non omnia, quæ dici possunt, profiteantur esse dicturos. Quod si te Cotta arbitrarer, aut te Sulpici de his rebus audire uelle: adduxissem huc Græcum aliquem, qui nos istiusmodi disputationibus delectaret. quod ne nunc quidem difficile factu est. est enim apud M. Pisonem, adolescentem iam huic studio deditum, summo hominem ingenio, nostriq; cupidissimum, peripateticus Staseas, homo nobis sane familiaris, & ut inter homines peritos constare uideo, in illo suo genere omnium princeps. Quem tu mihi, inquit Muræus, Staseam, quem peripateticum narras? geren-
lus est tibi mos adolescentibus Crasse, qui non Græci ulicuius quotidianam loquacitatem sine usu, neque ex scholis cantilenam requirunt, sed ex homine



D E O R A T O R E

omnium sapientissimo, atque ex eo, qui non in libellis, sed in maximis causis, & in hoc domicilio imperij, & gloriæ sit consilio, linguaq; princeps: cuius vestigia persequi cupiunt, eius sententiam sciscitantur. Equidem te cum in dicendo semper putavi deum: tum uero tibi nunquam eloquentiæ maiorem tribui laudem, quàm humanitatis: qua nunc te uti uel maxime decet; neque defugere eam disputationem, ad quam te duo excellentis ingenij adulescentes cupiunt accedere. Ego uero, inquit, istis obsequi studeo: neque grauabor breuiter meo more, quid quæque de re sentiam, dicere. Ac primum illud (quoniam, auctoritatem tuam negligere Scaeuola, fas mihi esse non puto) respondeo: mihi dicendi aut nullam artem aut pertinemem uideri, sed omnem esse contentionem inter homines doctos in uerbi controuersia positam. Nam, si ars ita definitur, ut paulo ante exposuit Antonius, ex rebus penitus perspectis, planeq; cognitis, atque ab opinionis arbitrio seiunctis, scientiaq; comprehensis: non mihi uidetur ars oratoris esse ulla. sunt enim uaria, & ad uulgarem, popularemq; sensum accommodata omnia genera huius forensis nostræ dictionis. Sin autem ea, quæ obseruata sunt in usu, ac tractatione dicendi, hæc ab hominibus callidis, ac peritis animaduersa, ac notata, uerbis designata, generibus illustrata, partibus distributa sunt; id quod fieri potuisse uideo: non intelligo, quamobrem non, si minus illa subtili definitione, at hac uulgari opinione ars esse uideatur. Sed siue est ars, siue artis quedam similitudo: non est qui



de mea negligenda ; uerum intelligendum est , alia quaedam ad consequendam eloquentiam esse maiora . Tum Antonius uehementer se assentiri Crasso dixit : quòd neque ita amplecteretur artem , ut ij solerent , qui omnem uim dicendi in arte ponerent : neque rursus eam totam , sicut plerique philosophi facerent , repudiaret . Sed existimo , inquit , gratum te his esse Crasse facturum , si ista exposueris , quæ putas ad dicendum plus quàm ipsam artem posse prodesse . Dicam equidem , quoniam institui ; petamq; à uobis , inquit , ne has meas ineptias efferatis . quanquam moderabor ipse : ne , ut quidam magister , atque artifex , sed quasi unus è togatorum numero , atque ex forensi usu homo mediocris , neque omnino rudis , uidear non ipse aliquid à me prompsisse , sed fortuito in sermonem uestrum incidisse . Equidem cum peterem magistratus , solebam in prehensando dimittere à me Scaeuolam ; cum ei ita dicerem , me uelle esse ineptum . id erat petere blandius : quod nisi inepte fieret , bene non posset fieri : hunc autem esse unum hominem ex omnibus , quo presente ego ineptus esse minime uellem : quem quidem nunc mearum ineptiarum testem , & spectatorem fortuna constituit . nam quid est ineptius , quàm de dicendo dicere ? cum id ipsum , dicere , nunquam sit non ineptum , nisi cum est necessarium . Perge uero Crasse , inquit Mucius : istam enim culpam , quam uereris , ego præstabo . Sic igitur sentio , inquit Crassus , naturam primum , atque ingenium ad dicendum uim asserre maximam : neque uero istis , de quibus paulo ante



D E O R A T O R E

dixit Antonius, scriptoribus artis, rationem dicens
 & uiam, sed naturam defuisse. nam & animi,
 que ingenij celeres quidam motus esse debent; quæ
 excogitandum acuti, & ad explicandum, orna-
 dumq; sint uberes, & ad memoriam firmi, et
 diuturni: & si quis est, qui hæc putet arte acci-
 posse; quod falsum est, (præclare enim se res habe-
 si hæc accendi, aut commoueri arte possint: in-
 quidem, & donari ab arte non possunt omnia: si
 enim illa dona naturæ) quid de illis dicet, quæ ce-
 cum ipso homine nascuntur? linguæ solutio, uo-
 sonus, latera, uires, conformatio quædam, &
 gura totius oris, & corporis. Neque hæc ita dico,
 ars aliquid limare non possit: neque enim ignoro, quæ
 quæ bona sint, fieri meliora posse doctrina; & quæ
 non optima, aliquo modo acui tamen, & corrigi po-
 se: sed sunt quidam aut ita lingua hæsitantes, aut
 ita uoce absoni, aut ita uultu, motuq; corporis ue-
 sti, atque agrestes; ut etiam si ingenijs, atque ar-
 ualeant, tamen in oratorum numerum uenire non
 possint: sunt autem quidam ita naturæ muneribus
 in iisdem rebus habiles, ita ornati; ut non nati, se
 ab aliquo deo ficti esse uideantur. Magnum quod-
 dam est onus, atque munus, suscipere, atque profu-
 teri se esse omnibus silentibus unum maximis de re-
 bus magno in conuentu hominum audiendum. adeo
 enim fere nemo, quin acutius, atque acrius uitia in-
 dicente, quam recta uideat. ita quidquid est, in quo
 offenditur; id etiam illa, quæ laudanda sunt, ob-
 ruit. Neque hæc in eam sententiam disputo, ut ho-



mines adolescentes, si quid naturale forte non habeant, omnino à dicendi studio deterream. Quis enim non uideat C. Calio, aequali meo, maximo honori fuisse homini nouo illam ipsam, quancunque assequi potuerit, in dicendo mediocritatem? quis uestrum aequalem Q. Varium, uastum hominem, atque fœdum, non intelligit illa ipsa facultate, quancunque habet, magnam esse in ciuitate gratiam consecutum? sed quia de oratore quærimus, fingendus est nobis oratione nostra detractis omnibus uitijs orator, atque omni laude cumulatus. neque enim; si multitudo litium, si uarietas causarum, si hæc turba, & barbaria forensis dat locum uel uitiosissimis oratoribus, iccirco nos hoc, quod quærimus, omittimus. Itaque in ijs artibus, in quibus non utilitas quæritur necessaria, sed animi libera quædam oblectatio, quàm diligenter, & quàm prope fastidiose iudicamus? nullæ enim lites, neque controuersie sunt, quæ cogant homines, sicut in foro non bonos oratores, item in theatro actores malos perpeti. Est igitur oratori diligenter prouidendum, non uti illis satisfaciat, quibus necesse est; sed ut ijs ipsis admirabilis esse uideatur, quibus libere liceat iudicare. Ac si quæritis plane, quid sentiam; enuntiabo apud homines familiarissimos, quod adhuc semper tacui, & tacendum putauit. Mihi etiam quiq; optime dicunt, quiq; id facillime, atque ornatissime facere possunt; tamen, nisi timide ad dicendum accedunt, & in expedienda oratione perturbantur, pene impudentes uidentur. tametsi id non accidere non potest. ut enim



D E O R A T O R E

quisque optime dicit; ita maxime dicendi difficultatem uariosq; euentus orationis, hominumq; iudicia pertimescit. qui uero nihil potest dignum re, dignum nomine oratoris, dignum hominum auribus efficere, atque edere; is mihi, etiam si commouetur in dicendo, tamen impudens uidetur. non enim pudendo, sed non faciendo id, quod non decet, impudentiae nomen effugere debemus. quem uero non pudet; id quod in plerisque uideo; hunc ego non reprehensione solum, sed etiam poena dignum puto. Equidem & in uobis animaduertere soleo, & in me ipso saepissime experior, ut exalbescam in principijs dicendi, & tota mente, atque omnibus artibus contremiscam. adolescentulus uero sic in initia accusationis exanimatus sum, ut hoc summum beneficium Q. Maximo debuerim, quod continua consilium dimiserit, simul ac me fractum, ac debilitatum metu uiderit. Hic omnes assensi, significare inter sese, & colloqui coeperunt. fuit enim mirificus quiddam in Crasso pudor; qui tamen non modice non obesset eius orationi, sed etiam probitatis commendatione prodesset. Tum Antonius, Sape, uerba dicis, inquit, animaduerti Crasse & te, & cetero summos oratores, quanquam tibi par mea sententia nemo unquam fuit, in dicendi exordio permoueri. cuius quidem rei cum causam quaererem, quidnam esset, cur, ut in quoque oratore plurimum esset, ita maxime is pertimesceret; has causas inueniebam duas: unam, quod intelligerent ij, quos usus ac natura docuisset, nonnunquam summis oratoribus



bus non satis ex sententia euentum dicendi procedere; ita non iniuria, quotiescunque dicerent, id, quod aliquando possit accidere, ne tum accideret, timere. altera est hæc, de qua quæri sæpe soleo. cæterarum homines artium spectati, & probati, si quando aliquid minus bene fecerunt, quàm solent; aut noluisse, aut valetudine impediti non potuisse consequi id, quod scirent, putantur. noluit, inquiunt, hodie agere Roscius, aut crudior fuit. oratoris peccatum, si quod est animaduersum, stultitiæ peccatum uidetur. stultitiæ autem excusationem non habet: quia nemo uidetur, aut quia crudus fuerit, aut quòd ita maluerit, stultus fuisse. quo etiam grauius iudicium in dicendo subimus. quoties enim dicimus, toties de nobis iudicatur: & qui semel in gestu peccauit, non continuo existimatur nescire gestum: cuius in dicendo aliquid reprehensum est, aut æterna in eo, aut certe diuturna ualet opinio tarditatis. Illud uero, quod à te dictum est, esse permulta, quæ orator nisi à natura haberet, non multum à magistro adiuuaretur; ualde tibi assentior; inq; eo uel maxime probaui summum illum doctorem Alaudensem Apollonium: qui, cum mercede doceret, amen non patiebatur eos, quos iudicabat non posse oratores euadere, operam apud sese perdere, disittebatq; , & ad quam quenque artem putabat se aptum, ad eam impellere, atque hortari solebat. Satis est enim cæteris artificijs percipiendis tantummodo similem esse hominis, & id, quod tradatur, uel etiam inculcetur, si quis forte sit traditor,



D E O R A T O R E

posse percipere animo, & memoria custodire. non
 queritur mobilitas linguae, non celeritas uerborum,
 non denique ea, quae nobis non possumus fingere, fa-
 cies, uultus, sonus. In oratore autem acumen diale-
 cticorum, sententiae philosophorum, uerba prope
 poetarum, memoria iurisconsultorum, uox tragoe-
 dorum, gestus pene summorum actorum est requiren-
 dus. Quamobrem nihil in hominum genere rarius
 perfecto oratore inueniri potest. quae enim singula-
 rum rerum artifices singula si mediocriter adepti
 sunt, probantur; ea nisi omnia summa sunt in ora-
 tore, probari non possunt. Tum Crassus, Atqui ui-
 de, inquit, in artificio, & opera quam tenui, & le-
 ui quanto plus adhibeatur diligentiae, quam in hac
 re, quam constat esse maximam. Saepè enim soleo
 audire Roscium, cum ita dicat: Se adhuc reperire
 discipulum, quem quidem probaret, potuisse nemi-
 nem: non quo non essent quidam probabiles: sed
 quia, si aliquid modo esset uitij, id ferre ipse non
 posset. nihil est enim tam insigne, nec tam ad diu-
 turnitatem memoriae stabile, quam id, in quo ali-
 quid offenderis. Itaque, ut ad hanc similitudinem
 huius histrionis oratoriam laudem dirigamus: uide-
 tis ne, quam nihil ab eo, nisi perfecte, nihil nisi cum
 summa uenustate fiat; nihil nisi ita ut deceat, &
 uti omnes moueat, atque delectet? itaque hoc iamdis
 est consecutus; ut in quo quisque artificio excelleret
 is in suo genere Roscius diceretur. Hanc ego absolutio-
 nem, perfectionemq; in oratore desiderans, à quo
 ipse longe absum, facio impudenter. mihi enim uol



ignosci: ceteris ipse non ignosco. nam qui non potest, qui uitiose facit, quem denique non decet; hunc, ut Apollonius iubebat, ad id, quod facere possit, detruendum puto. Num tu igitur, inquit Sulpitius, me, aut hunc Cottam ius civile, aut rem militarem iubes discere? nam quis ad ista summa, atque in omni genere perfecta potest peruenire? Tum ille, Ego uero, inquit, quod in uobis egregiam quandam, ac præclaram indolem ad dicendum esse cognoui, iccirco hæc exposui omnia: nec magis ad eos deterrendos, qui non possent, quàm ad uos, qui possitis, exacuendos accommodaui orationem meam. Et quanquam in ueroque uestrum summum esse ingenium, studiumque perspexi: tamen hæc, quæ sunt in specie posita, de quibus plura fortasse dixi, quàm solent Græci dicere, in te Sulpiti diuina sunt. Ego enim neminem nec motu corporis, neque ipso habitu, atque forma optiorem, nec uoce plenior, aut suauior mihi uideor audisse. quæ quibus à natura minora datae sunt, tamen illud assequi possunt, ut ijs, quæ habeant, modice, & scienter utantur, & ut ne dedecet. id enim est maxime uitandum: & de hoc uno minime est facile præcipere, non mihi modo, qui siue unus paterfamilias his de rebus loquor; sed etiam ipsi illi Roscio: quem saepe audio dicere, Caput esse artis, dicere; quod tamen unum id esse, quod trahi arte non possit. Sed, si placet, sermonem aliò transferamus, & nostro more aliquando, non rhetorico loquamur. Minime uero, inquit Cotta: nunc uim te iam exorcismus necesse est, quoniam retines



nos in hoc studio, nec ad aliam dimittis artem, ut
 nobis explices, quidquid est istud, quod tu in dicen-
 do potes. neque enim sumus nimis auidi: ista tua
 mediocri eloquentia contenti sumus: idq; ex te qua-
 rimus; ut ne plus non assequamur, quam quantu-
 lum tu in dicendo assecutus es; quoniam, quæ à na-
 tura expetenda sunt, ea dicis non nimis deesse nobis,
 quid præterea esse assumendum putes. Tum Crassus
 arridens, Quid censes, inquit, Cotta, nisi studium,
 & ardorem quendam amoris? sine quo cum in uita
 nihil quidquam egregium, tum certe hoc, quod tu
 expetis, nemo unquam assequetur. Neque uero uos
 ad eam rem uideo esse cohortandos: quos, cum mihi
 quoque sitis molesti, nimis etiam flagrare intelligo
 cupiditate. sed profecto studia nihil profunt perue-
 niendi aliquò, nisi illud, quod eò, quò intendas, fe-
 rat, deducatq;, cognoris. Quare, quoniam mihi le-
 uis quoddam onus imponitis; neque ex me de ora-
 toris arte, sed de hac mea, quantulacunque est, fa-
 cultate quaeritis: exponam uobis non quandam ar-
 perreconditam, aut ualde difficilem, aut magnifi-
 cam, aut grauem rationem consuetudinis meæ; quæ
 quondam solitus sum uti, cum mihi in isto stud-
 uersari adolescenti licebat. Tum Sulpicius, O die,
 Cotta nobis, inquit, optatum. quod enim neque præ-
 cibus unquam, nec insidiando, nec speculando ass-
 qui potui, ut quid Crassus ageret meditandi, a
 dicendi causa, non modo uidere mihi, sed ex eius
 scriptore, & lectore Diphilo suspicari liceret; id spe-
 ro nos esse adeptos, omniaq; iam ex ipso, quæ d-
 cupimus,



cupimus, cognituros. Tum Crassus. Atqui arbitror
 Sulpici, cum audieris, non tam te hac admiratu-
 rum, quæ dixerò; quàm existimaturum, tum,
 cum ea audire cupiebas, causam, cur cuperes, non
 fuisse. nihil enim dicam reconditum, nihil expecta-
 tione uestra dignum, nihil aut inauditum uobis,
 aut cuiquam nouum. Nam principio illud, quod
 est homine ingenuo, liberaliterq; educato dignum,
 non negabo, me ista omnium communia, & con-
 erita præcepta didicisse: Primum, oratoris officium
 esse, dicere ad persuadendum accommodate: Dein-
 de, esse omnem orationem aut de infinitæ rei quæ-
 stione sine designatione personarum, & temporum;
 aut de re certis in personis, ac temporibus locata:
 in utraque autem re quidquid in controuersiam ue-
 niat, in eo quæri solere, aut factum ne sit; aut, si
 est factum, quale sit; aut etiam quo nomine uoce-
 tur; aut, quod nonnulli addunt, rectene factum
 esse uideatur: Existere autem controuersias etiam ex
 scripti interpretatione; in quo aut ambigue quid sit
 scriptum, aut contrarie, aut ita, ut à sententia
 scriptum dissideat: His autem omnibus partibus sub-
 iecta quedam esse argumenta propria: sed causa-
 rum, quæ sint à communi quæstione seiunctæ, par-
 tim in iudicijs uersari, partim in deliberationibus:
 Esse etiam genus tertium, quod in laudandis, aut
 uituperandis hominibus poneretur: certosq; esse lo-
 cos, quibus in iudicijs uteremur, in quibus æquitas
 quæritur; alios in deliberationibus, qui omnes ad
 utilitatem dirigerentur eorum, quibus consilium da-



D E O R A T O R E

remis ; alios item in laudationibus , in quibus ad personarum dignitatem omnia referrentur . Cumq; esset omnis oratoris uis , ac facultas in quinque partes distributa ; ut deberet reperire primum , quid diceret ; deinde inuenta non solum ordine , sed etiam momento quodam , atque iudicio dispensare , atque disponere ; tum ea denique uestire , atque ornare oratione ; post memoria sepire ; ad extremum agere cum dignitate , & uenustate : etiam illa cognoram , & acceperam , ante , quam de re diceremus , initio conciliandos eorum esse animos , qui audirent ; deinde rem demonstrandam ; postea controuersiam constituendam ; tum id , quod nos intenderemus , confirmandum ; post , quæ contra dicerentur , refellenda ; extrema autem oratione , ea , quæ pro nobis essent , amplificanda , & augenda ; quæq; essent pro aduersarijs , infirmanda , atque frangenda . Audieram etiam , quæ de orationis ipsius ornamentis traderentur : in qua præcipitur primum , ut pure , & latine loquamur ; deinde , ut plane , & dilucide ; tum , ut ornate ; post ad rerum dignitatem apte , & quasi decore : singularumq; rerum præcepta cognoram . Quin etiam , quæ maxime propria essent naturæ , tamen his ipsis artem adhiberi uideram . nam de actione , & de memoria quedam breuia , sed magna cum exercitatione præcepta gustaram . In his enim fere rebus omnis istorum artificum doctrina uersatur . quam ego si nihil dicam adiuuare , mentiar : habet enim quedam quasi ad commoendum oratorem , quod quidque referat , & quò intuens , ab eo , quodcum-



que sibi proposuerit, minus aberret. uerum ego hanc uim intelligo esse in praeceptis omnibus; non ut ea secuti oratores eloquentiae laudem sint adepti; sed quae sua sponte homines eloquentes facerent, ea quosdam obseruasse, atque delegisse: sic esse non eloquentiam ex artificio, sed artificium ex eloquentia natum: quod tamen, ut ante dixi, non eijcio: est enim etiam minus necessarium ad bene dicendum, tamen ad agnoscendum non illiberale. Eius exercitatio quae lam suscipienda uobis est: quanquam uos quidem ampridem estis in cursu: sed ijs, qui ingrediuntur ad studium, quiq; ea, quae agenda sunt in foro tanquam in acie, possunt etiam nunc exercitatione quali ludicra praediscere, ac meditari. Hanc ipsam, inquit Sulpicius, nosse uolumus. attamen ista, quae abs te breuiter de arte decursa sunt, audire cupimus: quanquam sunt nobis quoque non inaudita. uerum illa mox. nunc, de ipsa exercitatione quid sentias, uerimus. Equidem probo ista, Crassus inquit, quae uos facere solctis, ut, causa aliqua posita consimili usus earum, quae in forum deferuntur, dicas quammaxime ad ueritatem accommodate. sed ceterique in hoc uocem modo, neque eam scienter, & uires exercent suas, & linguae celeritatem incitant, uerborumq; frequentia delectantur. in quo fallit eos, quod auarierunt; dicendo homines, ut dicant, efficit: solere. uere enim etiam illud dicitur; peruerse dicere, homines peruerse dicendo facillime consequi. quamobrem in istis ipsis exercitationibus etsi utile est etiam subito saepe dicere: tamen illud utilius,



D E O R A T O R E

sumpto spatio ad cogitandum, paratius, atque accuratius dicere. Caput autem est; quod, ut uere dicam, minime facimus; est enim magni laboris; quem plerique fugimus; quamplurimum scribere. Stylus optimus, & prestantissimus dicendi effector, ac magister: neque iniuria. nam si subitam, & fortuitam orationem commentatio, & cogitatio facilius uincit: hanc ipsam profecto assidua, ac diligens scriptura superabit. omnes enim siue artis sunt loci siue ingenij cuiusdam, atque prudentiæ, qui modis insunt in ea re, de qua scribimus; inquirentibus nobis, omniq; acie ingenij contemplantibus, ostenduntur se, & occurrunt; omnesq; sententiæ, uerbaq; omnia, quæ sunt cuiusque generis maxime illustria, sub acumen styli subeant, & succedant, necesse est. eum ipsa collocatio, conformatioq; uerborum perficitur in scribendo, non poetico, sed quodam oratorio numero, & modo. Hæc sunt, quæ clamores, & admirationes in bonis oratoribus efficiunt: neque eas quisquam, nisi diu, multumq; scriptitarie, etiam uehementissime se in his subitis dictionibus exercuerit, consequetur: & qui à scribendi consuetudine ad dicendum uenit, hanc affert facultatem, ut, etiam subito si dicat, tamen illa, quæ dicantur, similia scriptorum esse uideantur; atque etiam, si quando in dicendo scriptum attulerit aliquid, cum ab eo discesserit, reliqua similis oratio consequetur. ut concitato nauigio cum renuges inhibuerunt, retinet tamen ipsa nauis motum & cursum suum intermissis impetu, pulsusq; remorum: sic in oratione perpetua



cum scripta deficiunt, parem tamen obtinet oratio reliqua cursum, scriptorum similitudine & ui con-
stituta. In quotidianis autem commentationibus equi-
dem mihi adolescentulus proponere solebam illam
exercitationem maxime, qua C. Carbonem, nostrum
illum inimicum, solitum esse uti sciebam; ut aue-
uersibus propositis quammaxime grauibus, aut ora-
tione aliqua lecta ad eum firum, quem memoria
possem comprehendere, eam rem ipsam, quam legis-
sem, uerbis alijs quàm maxime possem lectis pro-
nunciarem. sed post animaduerti hoc esse in hoc ui-
rij; quòd ea uerba, quæ maxime cuiusque rei pro-
pria, quæq; essent ornatissima, atque optima, occu-
passet aut Ennius, si ad eius uersus me exercerem;
aut Gracchus, si eius orationem mihi forte propo-
uisssem: ita si ijsdem uerbis uterer, nihil prodesse;
i alijs, etiam obesse, cum minus idoneis uti consue-
cerem. Postea mihi placuit, eòq; sum usus adole-
cens, ut summorum oratorum græcas orationes ex-
plicarem: quibus lectis, hoc assequebar; ut, cum ea,
quæ legerem græce, latine redderem, non solum
optimis uerbis uterer, & tamen usitatis; sed etiam
exprimerem quædam uerba imitando, quæ noua no-
tris essent, dummodo essent idonea. Iam, uocis, &
spiritus, & totius corporis, & ipsius linguæ motus,
& exercitationes non tam artis indigent, quàm la-
poris. quibus in rebus habenda est ratio diligenter,
quos imitemur, quorum similes uelimus esse. intuen-
li nobis sunt non solum oratores, sed etiam aëtores;
re mala consuetudine ad aliquam deformitatem,



D E O R A T O R E

prauitatemq; ueniamus. Exercenda est etiam memo-
 ria ediscendis ad uerbum quamplurimis & nostris
 scriptis, & alienis. atque in ea exercitatione non sa-
 ne mihi displicet adhibere, si consueris, etiam istam
 locorum, simulacrorumq; rationem, quæ in arte tra-
 ditur. Educenda deinde dictio est ex hac domestica
 exercitatione, & umbratili medium in agmen, in
 puluerem, in clamorem, in castra, atque aciem fo-
 renssem: subeundus usus omnium; & periclitandæ
 uires ingenij; & illa commentatio inclusa, in ueri-
 tatis lucem proferenda est. Legendi etiam poete: co-
 gnoscenda historia: omnium bonarum artium scri-
 ptores, ac doctores & legendi, & peruoluitandi, &
 exercitationis causa laudandi, interpretandi, corri-
 gendi, uituperandi, refellendi: disputandumq; de
 omni re in contrarias partes: & quidquid erit in
 quaque re, quod probabile uideri possit, eliciendum,
 atque dicendum. Perdiscendum ius ciuile: cogno-
 scendæ leges: percipiendæ omnis antiquitas: senato-
 ria consuetudo, disciplina reip. iura sociorum, fœde-
 ra, pactiones, causa imperij cognoscenda est. Liban-
 dus est etiam ex omni genere urbanitatis facetiarum
 quidam lepos, quo tanquam sale perspergatur omnis
 oratio. Effudi uobis omnia, quæ sentiebam: quæ
 fortasse, si quemcunque patremfamilias arripuissetis
 ex aliquo circulo, eadem uobis percunctantibus re-
 spondisset. Hæc cum Crassus dixisset, silentium est
 consecutum. sed quanquam satis ijs, qui aderant, non
 ad id, quod erat propositum, dictum uidebatur: ta-
 men sentiebant celerius esse multo, quam ipsi uel-



dent, ab eo peroratum. Tum Scauola, Quid est Cot-
 ta, inquit? quid tacetis? nihil ne uobis in mentem
 uenit, quod praeterea à Crasso requiratis? Immo id
 mehercule, inquit, ipsum attendo. tantus enim cur-
 sus uerborum fuit: & sic euolauit oratio; ut eius
 uim, & incitationem affexerim, uestigia, ingres-
 sumq; non uiderim: & tanquam in aliquam locu-
 pletam, ac refertam domum uenerim, non explica-
 ta ueste, neque proposito argento, neque tabulis, &
 signis propalam collocatis, sed his omnibus multis,
 magnificisq; rebus constructis, ac reconditis; sic mo-
 do in oratione Crassi diuitias, ac ornamenta eius in-
 uenij per quaedam inuolucra, atque integumenta
 perstraxi; sed ea cum contemplari cuperem, uix assi-
 tiendi potestas fuit. ita neque hoc possum dicere, me
 omnino ignorare, quid possideat; neque plane nosse,
 ut uidisse. Quin tu igitur facis idem, inquit Scauo-
 la, quod faceres, si in aliquam domum plenam or-
 namentorum illam uenisses. si ea seposita, ut dicis,
 essent; tuq; ualde spectandi cupidus esses: non dubi-
 tares rogare dominum, ut proferri iuberet, praeser-
 tim si esset familiaris. similiter nunc petes à Crasso,
 ut eam copiam ornamentorum suorum, quam con-
 structam uno in loco quasi per transennam prater-
 untes strictim aspeximus, in lucem proferat, & suo
 uidque loco collocet. Ego uero, inquit Cotta, à te
 peto Scauola: me enim, & hunc Sulpicium impe-
 dit pudor ab homine omnium grauissimo, qui genus
 huiusmodi disputationis semper contempserit, hac,
 ut ipsi forsitan puerorum elementa uideantur, ex-



quirere. sed tu hoc nobis da Scaeuola, & perfice, ut
 Crassus hac, quae coarctauit, & peranguste referret
 in oratione sua, dilaret nobis, aut explicet. Ego me-
 hercule, inquit Mutius, antea uestra magis hoc cau-
 sa uolebam, quam mea: neque enim tantopere hanc
 à Crasso disputationem desiderabam, quantopere eius
 in causis oratione delector: nunc uero Crasse mea
 quoque etiam causa rogo; ut, quoniam tantam ha-
 bemus otij, quantum iandiu nobis non contigit, ne
 graueret ex aedificare id opus, quod instituisti. for-
 mam enim totius negotij opinione maiorem, melio-
 remq; uideo: quam uehementer probo. Enimuero,
 inquit Crassus, mirari satis non queo, etiam te hac
 Scaeuola desiderare: quae neque ego teneo, uti ij, qui
 docent; neque sunt eius generis, ut, si optime tene-
 rem, digna essent ista sapientia, ac tuis auribus.
 An tu, inquit ille, si de istis communibus, & per-
 uagatis uix huic aetati audiendum putas: etiam ne
 illa negligere possumus, quae tu oratori cognoscenda
 esse dixisti? de naturis hominum, de moribus, de ra-
 tionibus ijs, quibus hominum mentes & incitaren-
 tur, & reprimerentur; de historia, de antiquitate
 de administratione reip. denique de nostro ipso iure ci-
 uili. hanc enim ego omnem scientiam, & copiam
 rerum in tua prudentia sciebam inesse: in oratori
 uero instrumento tam lautam suppellectilem nun-
 quam uideram. Potes igitur, inquit Crassus, (ut
 alia omittam, quae sunt innumerabilia, & immen-
 sa, & ad ipsum tuum ius civile ueniam) oratores pu-
 tare eos, quos multas horas expectauit, cum in cam-



pum properaret, & ridens, & stomachans Scauola? cum Hypsæus maxima uoce plurimis uerbis a M. Crasso Præt. contenderet, ut ei, quem defendebat, causa cadere liceret: Cn. autem Octavius, homo consularis, non minus longa oratione recusaret, ne aduersarius causa caderet, ac ne is, pro quo ipse diceret, turpi tutela iudicio, atque omni molestia stultitia aduersarij liberaretur. Ego ueros istos, inquit, (memini enim mihi narrare Mucium) non modo oratoris nomine, sed ne foro quidem dignos putarem. Atqui non defuit illis patronis, inquit Crassus, eloquentia, neque dicendi ratio, aut copia, sed iuris ciuilis prudentia: quòd alter plus lege agendo petebat, quàm quantum lex in XII tabulis permiserat; quòd cum impetrasset, causa caderet: alter iniquum putabat, plus secum agi, quàm quòd esset in actione; neque intelligebat, si ita esset actum, litem aduersarium perditurum. Quid his paucis diebus? non ne, nobis in tribunali Q. Pompeij, Præt. urbani, familiaris nostri, sedentibus, homo ex numero disertorum postulabat, ut illi, unde peteretur, uetus, atque usitata exceptio daretur, CUIVS pecuniæ dies non fuisset? quòd petitoris causa comparatum esse non intelligebat: ut, si ille inficiator probasset iudicante petitam esse pecuniam, quàm esset cæpta deberi; petitor rursus cum peteret, ne exceptione excluderetur, quòd ea res in iudicium antea uenisset. Quid ergo hoc fieri turpius, aut dici potest, quàm eum, qui hanc personam suscepit, ut amicorum controversias, causasq; tueatur, laborantibus succurrat, ægris



D E O R A T O R E

medeatur, afflicto excitet; hunc in minimis tenuis-
 simisq; rebus ita labi, ut alijs miserandus, alijs irri-
 dendus esse uideatur? Equidem propinquum nostrum
 P. Crassum, illum diuitem, & multis alijs in rebus
 elegantem hominem, & ornatum, & precipue in
 hoc efferendum, & laudandum puto; quòd cum P.
 Scæuolæ frater esset, solitus est ei persæpe dicere: ne-
 que illum in iure ciuili satis illi arti facere posse, nisi
 dicendi copiam assumpsisset; quod quidem hic, qui
 mecum Consul fuit, filius eius est consecutus: neque
 se ante causas amicorum tractare, atque agere cœ-
 pisse, quàm ius ciuile didicisset. Quid uere ille M.
 Cato? non ne & eloquentia tanta fuit, quantam il-
 la tempora, atque illa ætas in hac ciuitate ferre ma-
 ximam potuit; & iuris ciuilis omnium peritissimus?
 Verecundius hac de re iandudum loquor, quòd adest
 uir in dicendo summus: quem ego unum oratorem
 maxime admiror: sed tamen idem hoc semper ius ci-
 uile contempsit. Verum, quoniam sententiæ, atque
 opinionis meæ uolulistis esse participes; nihil occulta-
 bo; & , quoad potero, uobis exponam, quid de
 quaque re sentiam. Antonij incredibilis qua-
 dam, & prope singularis, & diuina uis ingenij ui-
 detur, etiam si hac scientia iuris nudata sit, posse
 facile cæteris armis prudentiæ causas tueri, atque de-
 fendere. quamobrem hic nobis sit exceptus: cæteros
 uero non dubitabo primum inertiae condemnare sen-
 tentia mea, post etiam impudentiæ. nam uolitare in
 foro, herere in iure, ac Prætorum tribunalibus, iu-
 dicia privata magnarum rerum obire, in quibus se-



pe non de facto, sed de aequitate, ac iure certetur; iactare se in causis centumviralibus, in quibus usucapionum, tutelarum, gentilitatum, agnationum, alluionum, circumlauionum, nexorum, mancipiorum, parietum, luminum, stillicidiorum, testamentorum ruptorum, aut ratorum, ceterarumque rerum innumerabilium iura uersentur; cum omnino, quid suum, quid alienum; quare denique ciuis, an peregrinus; seruus, an liber quispiam sit, ignoret: insignis est impudentiæ. Illa uero deridenda arrogantia est; in minoribus nauigijs rudem esse se coniteri, quinqueres autem, aut etiam maiores gubernare didicisse. Tu mihi cum in circulo decipiari duersaris stipulatiuncula, & cum obsignes tabelas clientis tui, quibus id sit scriptum, quo ille ceniatur; ego tibi ullam causam maiorem committendam putem? citius hercule is, qui duorum scalmorum nauiculam in portu euerterit, in Euxino ponto argonautarum nauem gubernarit. Quid, si ne paræ quidem causæ sunt, sed sæpe maximæ, in quibus tractatur de iure ciuili? quod tandem os est illius patroni, qui ad eas causas sine ulla scientia iuris audeat accedere? Quæ potuit igitur esse causa maior, quam illius militis; de cuius morte cum domum falsus ab exercitu nuncijs uenisset; & pater eius re credita testamentum mutasset; & quem ciuisum esset, fesset heredem; essetque ipse mortuus: res dilata est Centumuiros, cum miles domum reuenisset, egissetque lege in hereditatem paternam testamento exhaustus filius? nempe in ea causa quaesitum est de iure.



ciuili, posset ne paternorum bonorum exhaeres es-
 se filius, quem pater testamento neque heredem,
 neque exhaeredem scripsisset nominatim. Quid, qua-
 de re inter Marcellos, & Claudios patricios Cen-
 tumuiri iudicauerunt? cum Marcelli ab liberti fi-
 lio stirpe, Claudij patricij eiusdem hominis here-
 ditatem gente ad se redisse dicerent: non ne in ea
 causa fuit oratoribus de toto stirpis, ac gentilita-
 tis iure dicendum? Quid, quod item in centumui-
 rali iudicio certatum esse accepimus? qui Romam
 in exilium uenisset, cui Romae exulare ius esset, se-
 se ad aliquem quasi patronum applicuisset, intesta-
 toq; esset mortuus: non ne in ea causa ius applicatio-
 nis, obscurum sane, & ignotum, patefactum in iu-
 dicio atque illustratum est à patrono? Quid nuper
 cum ego C. Sergij Aurate contra hunc nostrum
 Antonium iudicio privato causam defenderem; non
 ne omnis nostra in iure uersata defensio est? cum
 enim Marius Gratidianus ades Aurate uendidisset;
 neque seruire quendam earum adium par-
 tem in mancipij lege dixisset: defendebamus, quid
 quid fuisset incommodi in mancipio, id si uenditor
 scisset, neque declarasset, prestare debere. Quo qui-
 dem in genere familiaris noster M. Bucculeius, ho-
 mo neque meo iudicio stultus, & suo ualde sa-
 piens, & à iuris studio non abhorrens, simili iu-
 re quodam modo nuper errauit. nam cum ades L.
 Fusio uenderet; in mancipio lumina, uti tum es-
 sent, ita recepit. Fusius autem, simulatque adifi-
 cari ceptum est in quadam parte urbis, que mo-



do ex illis adibus conspici posset, egit statim cum
Buculeio; quod, cuiusque particulae caeli officere-
tur, ita, quamuis esset procul, mutari lumina pu-
tabat. Quid uero, clarissima M. Curij causa, &
M. Coponij nuper apud Centumuiros quo concur-
su hominum, qua expectatione defensa est? cum
Q. Scauola, aequalis, & collega meus, homo om-
nium & disciplina iuris civilis eruditissimus, &
ingenio, prudentiaque acutissimus, & oratione ma-
xime limatus, atque subtilis, atque, ut ego soleo
dicere, iuris peritorum eloquentissimus, eloquen-
tium iuris peritissimus, ex scripto testamentorum
iura defenderet; negaretque, nisi posthumus & na-
tus, & ante, quam in suam tutelam uenisset,
mortuus esset, heredem eum esse posse, qui esset se-
cundum posthumum & natum, & mortuum ha-
eres institutus: ego autem defenderem hac eum men-
te fuisse, qui testamentum fecisset, ut, si filius non
esset, qui in tutelam ueniret, M. Curius esset ha-
eres. num desinit uterque nostrum in ea causa in-
uctoritatibus, in exemplis, in testamentorum
formulis, hoc est in medio iure civili uersari?
Omitto iam plura exempla causarum amplissima-
rum: quae sunt innumerabilia. capitis nostri sae-
pe potest accidere ut causae uersentur in iure. Et-
nim si C. Mancinum, nobilissimum, atque opti-
mum uirum, ac consularem, cum cum propter in-
idiam Numantini foderis paterpatratus ex S. C.
Numantinis dedidisset, cumque illi non recepissent;
posteaque Mancinus domum reuenisset, neque in se-



D E O R A T O R E

natum introire dubitasset, P. Rutilius M. filius
 Tribunus pl. de senatu iussit educi, quod eum ci-
 uem negaret esse, quia memoria sic esset proditum; re-
 quem pater suus, aut populus uendidisset, aut
 paterpatratus dedidisset, ei nullum esse postlimi-
 nium: quam possimus reperire ex omnibus rebus ci-
 uilibus causam, contentionemq; maiorem, quam de
 ordine, de ciuitate, de libertate, de capite hominis
 consularis? praesertim cum hac non in crimine ali-
 quo, quod ille possit inficiari, sed in ciuili iure con-
 sisteret. similiq; in genere, inferiore ordine, si quis
 apud nos seruisset ex populo foederato, seseq; libe-
 rasset, ac postea domum reuenisset? quaesitum est
 apud maiores nostros, num is ad suos postliminio re-
 didisset, & amisisset hanc ciuitatem. Quid de liber-
 tate, quo iudicium grauius esse nullum potest? non
 ne ex iure ciuili potest esse contentio, cum quaeritur,
 is, qui domini uoluntate census sit, si non sit condi-
 tum lustrum, sit ne liber? Quid? quod usu memo-
 ria patrum uenit, ut paterfamilias, qui ex Hispania
 Romam uenisset, cum uxorem praegnantem in pro-
 uincia reliquisset; Romaeq; alteram duxisset; neque
 nuncium priori remisisset; mortuusq; esset intestato:
 & ex utraque filius natus esset: mediocris ne res in
 controuersiam adducta est? cum quaeretur de duo-
 bus ciuium capitibus, & de puero, qui ex posteriore
 natus erat, & de eius matre: quae, si iudicaretur
 certis quibusdam uerbis, non nouis nuptiis fieri cum
 superiore diuortium, in concubinae locum duceretur.
 Haec igitur, & horum similia iura sua ciuitatis



ignorantem, crectum, & celsum, alacri & promotore ore, ac uultu huc, atque illuc intuentem uagari magna cum caterua toto foro, prasidium clientibus, & que opem amicis, & prope cunctis ciuibus lucem ingenij, & consilij sui porrigentem, atque tendentem, nonne in primis flagitiosum putandum est? Et uoniam de impudentia dixi; castigamus etiam semitiam hominum, atque inertiam. Nam si esset ista cognitio iuris magna, ac difficilis: tamen utilitatis magnitudo deberet homines ad suscipiendum dicendi laborem impellere. Sed, o Diu immortales, non dicem hoc audiente Scauola, nisi ipse dicere soleret, nullus sibi artis faciliorem cognitionem uideri. quod eadem certis de causis à plerisque aliter existimatur: uerum; quia ueteres illi, qui huic scientiæ præfuerunt, obtinendæ, atque augendæ potentiæ suæ cauere perusulari artem suam noluerunt. deinde postquam est editum, expositis à Cn. Flauio primum editionibus; nulli fuerunt, qui illa artificiose digesta ueraciter componerent. nihil est enim, quod ad artem redigi possit, nisi ille prius, qui illa tenet, quomodo artem instituerit uideat, habet illam scientiam; ut in ijs rebus, quarum ars nondum sit, artem efficere non possit. Hoc uideo, dum breuiter uoluerim dicere, etiam à me esse paulo obscurius: sed experiar, & speram, si potero, planius. Omnia fere, quæ sunt confusa nunc artibus, dispersa, & dissipata quondam fuerunt: ut in musicis numeri, & uoces, & modi; in geometria lineamenta, formæ, interualla, magnitudines; in astrologia cæli conuersio, ortus, ob-



itus, motusq; syderum; in grammaticis poetarum
 pertractatio, historiarum cognitio; uerborum inter-
 pretatio, pronunciandi quidam sonus; in hac deni-
 que ipsa ratione dicendi excogitari, ornare, dispone-
 re, meminisse, agere, ignota quondam omnibus, &
 diffusa late uidebantur. adhibita est igitur ars qua
 dam extrinsecus ex alio genere quodam, quod sibi
 totum philosophi assumunt, quæ rem dissolutam
 diuisamq; conglutinaret, & ratione quadam con-
 stringeret. Sit ergo in iure civili finis hic, legitimas
 atque usitate in rebus causisq; ciuium equalitatis
 conseruatio. Tum sunt notanda genera, & ad cer-
 tum numerum, paucitatemq; reuocanda. Genus
 autem id est, quod sui simileis communionem quadam
 specie autem differentes, duas, aut plures complecti-
 tur partes. Partes autem sunt, quæ generibus
 ijs, ex quibus emanant, subiiciuntur: omniaq; quæ
 sunt uel generum, uel partium nomina, definitio-
 nibus, quam uim habeant, est exprimendum. est
 enim definitio, earum rerum, quæ sunt eius rei pro-
 priæ, quam definire uolumus, breuis, & circumscri-
 pta quadam explicatio. Hisce ego rebus exempla ad-
 iungerem, nisi, apud quos hæc haberetur oratio
 cernerem. nunc complectar, quod proposui, breui
 Si enim aut mihi facere licuerit, quod iandiu cogito
 aut alius quispiam aut me impedito occuparit, aut
 mortuo effecerit; ut primum omne ius ciuile in ge-
 nera digerat, quæ perpauca sunt; deinde eorum
 generum quasi quadam membra distertat; tum pro-
 priam cuiusque uim definitione declarat: perfectam
 artem



artem iuris ciuilibus habebitis, magis magnam, atque uberem, quam difficilem, & obscuram. Atque interea tamen, dum hæc, quæ dispersa sunt, coguntur, uel passim licet carpentem, & colligentem undique, repleri ista iuris ciuilibus scientia. Nonne uidebitis, equitem Romanum, hominem acutissimo omnium ingenio, sed minime ceteris artibus eruditum, C. Aculeonem, qui mecum uiuit, semperque uixit, ita tenere ius ciuile, ut ei, cum ab hoc descesseritis, nemo de iis, qui peritissimi sunt, anteponatur? omnia enim sunt posita ante oculos, collocata in usu quotidiano, in congressione hominum, atque in foro: neque ita multis literis, aut uoluminibus magnis continentur. eadem enim sunt elata primum à pluribus: deinde paucis commutatis uerbis etiam ab iisdem scriptoribus scripta sunt sapius. Accedit uero, quo facilius percipi, cognoscique ius ciuile possit, quod minime plerique arbitrantur, mira quaedam in cognoscendo suauitas, & delectatio. Nam siue quem hæc aliena studia delectant: plurima est & in omni iure, & in Pontificum libris, & in XII tabulis antiquitatis effigies; quod & uerborum prisca uetustas cognoscatur; & actionum genera quaedam maiorum consuetudinem, uitamque declarant. Siue quis ciuilem scientiam contempletur; quam Scauola non putat oratoris esse propriam, sed cuiusdam ex alio genere prudentiæ: totam hanc, descriptis omnibus ciuitatis utilitatibus, ac partibus, XII tabulis contineri uidebitis. Siue quem ista præpotens, & gloriosa philosophia delectat: dicam audacius, hosce



habet fontes omnium disputationum suarum, qui iure civili, & legibus continentur. ex his enim & dignitatem maxime expetendam uidemus, cum uerus, iustus, atque honestus labor honoribus, præmijs, atque splendore decoratur; uitia autem hominum, atque fraudes damnis, ignominijs, uinculis, uerberibus, exilijs, morte multantur: & docemur, non infinitis, concertationumq; pleris disputationibus, sed auctoritate, nutuq; legum, dominis habere libidines, coercere omnes cupiditates, nostra tueri, ab alienis mentes, oculos, manus abstinere. Fremant omnes licet: dicam quod sentio. bibliothecas mehercule omnium philosophorum unus mihi uidetur XII tabularum libellus, si quis legum fontes, & capita uiderit, & auctoritatis pondere, & utilitatis ubertate superare. Ac si nos, id quod maxime debet, nostra patria delectat; cuius rei tanta est uis, ac tanta natura, ut Ithacam illam in asperrimis saxulis tanquam nidulum affixam sapientissimus uir immortalitati anteponeret: quo amore tandem inflammati esse debemus in eiusmodi patriam, quæ una in omnibus terris domus est uirtutis, imperij, dignitatis? cuius primum nobis mens, mos disciplina nota esse debet: uel quia est patria parens omnium nostrum: uel quia tanta sapientia fuisse in iure constituendo putanda est, quanta fuit in his tantis opibus imperij comparandis. Percipietis etiam illam ex cognitione iustitiam, & uoluptatem, quòd, quantum præstiterint nostri maiores prudentia cæteris gentibus, cum facillime intelligetis, si cum illorum Lycurgo,



Et Dracone, Et Solone nostras leges conferre uolueris. incredibile est enim quàm sit omne ius ciuile, præter hoc nostrum, inconditum, ac pene ridiculum: de quo multa soleo in sermonibus quotidianis dicere, cum hominum nostrorum prudentiam cæteris hominibus, Et maxime Græcis antepono. His ego de causis dixeram Scæuola, ijs, qui perfecti oratores esse uellent, iuris ciuilis cognitionem esse necessariam. Iam uero ipsa per sese quantum afferat ijs, qui ei præsent, honoris, gratiæ, dignitatis, quis ignorat? itaque ut apud Græcos infimi hominis mercedula adducti ministros se præbent in iudicijs oratoribus, ij, qui apud illos πρᾶγματικοὶ uocantur: sic in nostra ciuitate contra amplissimus quisque, Et clarissimus uir; ut ille, qui propter hanc iuris ciuilis scientiam sic appellatus à summo poeta est,

Egregie cordatus homo Catus Aeliu' Sextus;

multiq; præterea: qui cum ingenio sibi auctore dignitatem peperissent; perfecterunt, ut in respondendo iure auctoritate plus etiam, quàm ipso ingenio ualerent. Senectuti uero celebrandæ, Et ornandæ quod honestius potest esse perfugium, quàm iuris interpretatio? Equidem mihi hoc subsidium iam inde ab adolescentia comparauit non solum ad causarum usum forensem, sed etiam ad decus, atque ornamentum senectutis: ut, cum me uires, quod fere iam tempus aduentat, deficere cæpissent, ab solitudine domum meam uindicarem. Quid est enim præclarius, quàm honoribus, Et reipublicæ muneribus perfunctum senem posse suo iure dicere id, quod apud Ennium di-



D E O R A T O R E

cat ille Pythius Apollo? se esse eum, unde sibi, si non
 populi, & reges, ac omnes sui ciues consilium ex-
 petant,
 Suarum rerum incerti: quos ego mea ope ex
 Incertis certos, compotesq; consili
 Dimitto, ut ne res temere tractent turbidas.
 est enim sine dubio domus iurisconsulti, totius oracu-
 lum ciuitatis. testis est huiusce Q. Mucij ianua, &
 uestibulum: quod in eius infirmissima ualetudine,
 affecta; iam etate, maxima quotidie frequentia
 ciuium, ac summorum hominum splendore cele-
 bratur. Iam, illa non longam orationem desiderant,
 quamobrem existinem publica quoque iura, quae
 sunt propria ciuitatis, atque imperij, tum monimen-
 ta rerum gestarum, & uetustatis exempla oratori no-
 ta esse debere. nam ut in rerum privatarum causis,
 atque iudicijs depromenda saepe oratio est ex iure ciui-
 li; & iccirco, ut ante diximus, oratori iuris ciuili scien-
 tia necessaria est: sic in causis publicis iudiciorum,
 concionum, senatus omnis haec & antiquitatis me-
 moria, & publici iuris auctoritas, & regenda
 reip. ratio, ac scientia, tanquam aliqua materies,
 ijs oratoribus, qui uersantur in rep. subiecta esse de-
 bent. non enim causidicum nescio quem, neque pro-
 clamatorem, aut rebulam hoc sermone nostro conqui-
 rimus, sed eum uirum, qui primum sit eius artis
 antistes, cuius cum ipsa natura magnam homini fa-
 cultatem daret, tamen esse deus putatur; ut & ip-
 sum, quod erat hominis proprium, non partum per
 nos, sed diuinitus ad nos delatum uideretur: deinde



qui possit, non tam caduceo, quàm nomine oratoris ornatus, incolumis uel inter hostium tela uersari: tum qui scelus, fraudemq; nocentis possit dicendo subijcere odio ciuium, supplicioq; constringere; idemq; ingenij presidio innocentiam, iudiciorum pœnia liberare; idemq; languentem, labentemq; populum aut ad decus excitare, aut ab errore deducere; aut inflammare in improbos, aut incitatum in bonos mitigare: qui denique, quencunque in animis hominum motum res, & causa postulet, cum dicendo uel excitare possit, uel sedare. Hanc uim si quis existimat aut ab is, qui de dicendi ratione scripserunt, expositam esse; aut à me posse exponi tam breui: uehementer errat; neque solum inscientiam meam, sed ne rerum quidem magnitudinem perspicit. Equidem uobis, quoniam ita uoluistis, fontes, unde hauriretis, atque itinera ipsa ita putauit esse demonstranda; non ut ipse dux essem, quod & infinitum est, & non necessarium; sed ut monstrarem tantum uiam, & ut fieri solet, digitum ad fontes intenderem. Mihi uero, inquit Mucius, satis, superq; abs te uidetur istorum studijs, si modo sunt studiosi, esse factum. nam ut Socratem illum solitum aiunt dicere, perfectum sibi opus esse, si quis satis esset concitatus cohortatione sua ad studium cognoscendæ, percipiendæq; uirtutis; quibus enim id persuasum esset, ut nihil mallent se esse, quàm bonos uiros, ijs reliquam facilem esse doctrinam: sic ego intelligo, si in hæc, quæ præfecit oratione sua Crassus, intrare uoueritis, facillime uos ad ea, quæ cupitis, peruenitis.



ros, ab hoc aditu, ianuâq; patefacta. Nobis uero, inquit Sulpicius, ista sunt pergrata, perq; iucunda: sed pauca etiam requirimus, in primisq; ea, quæ ualde breuiter à te Crasse de ipsa arte percurfa sunt, cum illa te & non contemnere, & didicisse confiterere. ea si paulo latius dixeris, expleris omnem expectationem diuturni desiderij nostri. nam nunc, quibus studendum rebus esset, accepimus: quod ipsum est tamen magnum: sed uias earum rerum, rationemq; cupimus cognoscere. Quid si, inquit Crassus, quoniam ego, quo facilius uos apud me tenerem, uestre potius obsecutus sum uoluntati, quam aut consuetudini, aut nature meæ; petimus ab Antonio, ut ea, quæ continet, neque adhuc protulit, ex quibus unum libellum sibi excidisse iandudum questus est, explicet nobis, & illa dicendi mysteria enunciet? Ut uidetur, inquit Sulpicius: nam Antonio dicente, etiam quid tu sentias, intelligemus. Perito igitur, inquit Crassus, à te, quoniam id nobis Antoni hominibus id ætatis oneris ab horum adolescentium studijs imponitur; ut exponas, quid ijs de rebus, quas à te quæri uides, sentias. Deprehensum equidem me, inquit Antonius, plane uideo, atque sentio, non solum quòd ea requiruntur à me, quorum sum ignarus, atque insolens; sed quia, quod in causis ualde fuggere soleo, ne tibi Crasse succedam, id me nunc isti uitare non sinunt. uerum hoc ingrediar ad ea, quæ uultis, audacius, quòd idem mihi spero usu esse uenturum in hac disputatione, quod in dicendo solet; ut nulla expectetur ornata oratio. ne-



que enim sum de arte dicturus, quam nunquam didici, sed de mea consuetudine: ipsa'q; illa, quæ in commentarium meum retuli, sunt eiusmodi, non aliqua mihi doctrina tradita, sed in rerum usu, causis'q; tractata. quæ si uobis hominibus eruditissimis non probabuntur: uestram iniquitatem accusatote, qui ex me ea quasieritis, quæ ego nescirem: meam facilitatem laudatote, cum uobis, non meo iudicio, sed uestro studio inductus, non grauate respondero. Tum Crassus, Perge modo, inquit, Antoni: nullum est enim periculum, ne quid tu eloquare, nisi ita prudenter, ut neminem nostrum pœniteat ad hunc te sermonem impulisse. Ego uero, inquit, pergam: & id faciam, quod in principio fieri in omnibus disputationibus oportere censeo; ut, quid illud sit, de quo disputetur, explaneur; ne uagari, & errare cogatur oratio, si ij, qui inter se dissenserint, non idem esse illud, de quo agitur, intelligent. nam si forte quæreretur, quæ esset ars Imperatoris: constituendum putarem principio, quis esset Imperator: qui cum esset constitutus administrator quidem belli gerendi, tum adiungeremus de exercitu, de castris, de agminibus, de signorum collocationibus, de oppidorum oppugnationibus, de comitatu, de insidijs faciendis, atque uitandis, de reliquis rebus, quæ essent propriæ belli administrandi: quarum quibus essent animo, & scientia compotes, eos esse Imperatores dicerem: uterer'q; exemplis Africanorum, & Maximorum; Epaminondam, atque Annibalem atque eius generis homines nominarem. sin autem quæreremus, quis esset is, qui ad temp. moderandam usum, &



D E O R A T O R E

scientiam, & studium suum contulisset: definirem
 hoc modo: Qui, quibus rebus utilitas reip. pararetur,
 augereturq; , teneret, ijsq; uteretur; hunc reip.
 rectorem, et consilij publici auctorem esse habendum:
 predicaremq; P. Lentulum principem illum, & Ti.
 Gracchum patrem, & Q. Metellum, & P. Afri-
 canum, & C. Lelium, & innumerabiles alios cum
 ex nostra ciuitate, tum ex ceteris. Sin autem qua-
 reretur, quisnam iurisconsultus uere nominaretur:
 eum dicerem, qui legum, & consuetudinis eius, qua
 priuati in ciuitate uterentur, & ad respondendum,
 & ad agendum, & ad cauendum peritus esset: &
 ex eo genere Sex. Aelium, M. Manilium, P. Mu-
 cium nominarem. Atque, ut iam ad leuiora artium
 studia ueniam: si musicus; si grammaticus, si poe-
 ta queratur; possim similiter explicare, quid eorum
 quisque profiteatur, & quo non amplius ab quoque
 sit postulandum. Philosophi denique ipsius, qui de
 sua ui, ac sapientia unus omnia pene proficitur, est
 tamen quaedam descriptio; ut is, qui studeat omnium
 rerum diuinarum, atque humanarum uim, natu-
 ram, causasq; nosse, & omnem bene uiuendi ra-
 tionem tenere, & persequi, nomine hoc appelletur.
 Oratorem autem, quoniam de eo querimus, equi-
 dem non facio eundem, quem Crassus; qui mihi ui-
 sus est omnem omnium rerum, atque artium scien-
 tiam comprehendere uno oratoris officio, ac nomine:
 at eum puto esse, qui & uerbis ad audiendum iucun-
 dis, & sententijs ad probandum accommodatis uer-
 bis possit in causis forensibus, atque communibus. hunc



ego appello oratorem; eumq; esse præterea instructum
oce, & actione, & lepore quodam uolo. Crassus
vero mihi noster uisus est oratoris facultatem non il-
lus artis terminis, sed ingenij sui finibus immensis
bene describere. nam etiam ciuitatum regendarum
oratori gubernacula sententia sua tradidit. in quo
per mihi mirum uisum est Scauola, te hoc illi concede-
re; cum sapissime tibi senatus breuiter, impoliteq;
dicenti maximis sit de rebus assensus. M. uero Scau-
lus, quem non longe ruri apud se esse audio, uir re-
rendæ reip. scientissimus, si audierit hanc auctorida-
tem grauitatis, & consilij sui uindicari à te Crasse,
quòd eam oratoris propriam esse dicas; iam, credo,
ut ueniat, & hanc loquacitatem nostram uultu
ioso, aspectuq; conterreat. qui quanquam est in di-
cendo minime contemnendus; prudentia tamen re-
rum magnarum magis, quàm dicendi arte nititur.
neque uero; si quis utrunque potest; aut ille consilij
publici auctor, ac senator bonus, ob eam ipsam cau-
sam orator est; aut hic disertus, atque eloquens, si
et idem in procuratione ciuitatis egregius, illam scien-
tiam dicendi copia est consecutus. multum inter se
distant istæ facultates, longeq; sunt diuersæ, atque
eiunctæ. neque eadem ratione, ac uia M. Cato, P.
Africanus, Q. Metellus, C. Lælius, qui omnes elo-
quentes fuerunt, orationem suam, & reip. digni-
tatem exornabant. neque enim est interdictum aut à
rerum natura, aut à lege aliqua, atque more, ut
singulis hominibus ne amplius quàm singulas artes
posse liceat. Quare non, etq; eloquentissimus Athenis.



Pericles, idemq; in ea ciuitate plurimos annos princeps consilij publici fuit, iccirco eiusdem hominis, atque artis utraque facultas existimanda est. nec, sicut P. Crassus idem fuit eloquens, & iuris peritus, ob eam causam inest in facultate dicendi iuris ciuili scientia. nam si quisque, ut in aliqua arte, & facultate excellens aliam quoque artem sibi assumpserit, is perficiet, ut, quod praterea sciet, id eius, in quo excellet, pars quaedam esse uideatur: licet ista ratione dicamus, pila bene, & duodecim scrupis ludere, proprium esse iurisconsulti, quoniam utrunque eorum P. Mucius optime fecerit: eademq; ratione dicantur etiam quos $\phi\iota\sigma\iota\kappa\omicron\nu\varsigma$ Graeci uocant, iidem poetae, quoniam Empedocles physicus egregium poema fecerit. At hoc ne philosophi quidem ipsi, quibus omnia, sicut propria, sua esse, atque à se possideri uolunt, dicere audent; geometriam, aut musicam philosophi esse, quia Platonem omnes in illis artibus praestantissimum fuisse fateantur. Accedat si iam placet omneis artibus oratori subiungere: tolerabilius est sic potius dicere; ut, quoniam dicendi facultas non debeat esse iciua, atque nuda, sed aspersa, atque distincta multarum rerum iucunda quadam uarietate, sit boni oratoris multa auribus accepisse, multa uidisse, multa animo, & cogitatione, multa etiam legendo percurrisse; neque ea, ut sua, possedisse, sed, ut aliena, libasse. fateor enim callidum quendam hunc, & nulla in re tironem, ac rudem, nec peregrinum, atque hospitem in agendo esse debere. Neque uero istis tra-



zædijs tuis, quibus, uti philosophi maxime solent,
 Crasse perturbor; quòd ita dixisti, neminem posse
 horum mentes, qui audirent, aut inflammare di-
 cendo, aut inflammatas restringere, cum eo maxi-
 me uis oratoris, magnitudoq; cernatur, nisi qui re-
 rum omnium naturam, mores hominum, atque ra-
 tiones penitus perspexerit; in quo philosophia sit ora-
 tori necessario percipienda. quo in studio hominum
 ingeniosissimorum, otiosissimorumq; totas ætates ui-
 demus esse contritas. quorum ego copiam; magni-
 tudinemq; cognitionis, atque artis non modo non con-
 temno, sed etiam uehementer admiror: nobis ta-
 men, qui in hoc populo, foroq; uersamur, satis est
 ea de moribus hominum & scire, & dicere, quæ
 non abhorrent ab hominum moribus. Quis enim
 unquam orator magnus, & grauis, cum iratum
 aduersario iudicem facere uellet, hæsitauit ob eam
 causam, quòd nesciret, quid esset iracundia, fer-
 uor ne mentis, an cupiditas puniendi doloris? quis,
 cum cæteros animorum motus aut iudicibus, aut po-
 pulo dicendo miscere, atque agitare uellet, ea dixit,
 quæ à philosophis dici solent? qui partim omnino mo-
 tus negant in animis ullos esse debere; quiq; eos in iu-
 dicum mentibus concitent, scelus eos aiunt nefarium
 facere: partim, qui tolerabiliores uolunt esse, &
 ad ueritatem uitæ proprius accedere, permediocres,
 ac potius leues motus debere esse dicunt. Orator au-
 tem omnia hæc, quæ putantur in communi uitæ
 consuetudine mala, ac molesta, & fugienda, mul-
 to maiora, & acerbiora uerbis facit: itemq; ea, quæ



D E O R A T O R E

vulgo expetenda, atque optabilia videntur, dicendo
 amplificat, atque ornat: neque uult ita sapiens inter
 stultos uideri, uti, qui audiant, aut illum ineptum,
 aut græculum putent, aut, etiam si ualde probent
 ingenium oratoris, sapientiam admirentur, se esse
 stultos moleste ferant: sed ita peragrat per animos ho-
 minum, ita sensus, mentesq; pertractat, ut non de-
 sideret philosophorum descriptiones, neque exquirat
 oratione, summum illud bonum in animo ne sit, an
 in corpore, uirtute, an uoluptate definiatur; an hæc
 inter se iungi, copulariq; possint, an uero, ut qui-
 busdam uisum, nihil certum sciri, nihil plane co-
 gnosci, & precipi possit. Quarum rerum fateor ma-
 gnâ, multiplicemq; esse disciplinam, & multas,
 copiosas, uariasq; rationes. sed aliud quiddam longe
 aliud Crasse quærimus. acuto homine nobis opus est,
 & natura, usuq; callido; qui sagaciter peruestiget,
 quid sui ciues, iq; homines, quibus aliquid dicendo
 persuadere uelit, cogitent, sentiat, opinentur, ex-
 peçtent. teneat oportet uenas cuiusque generis, et-
 tis, ordinis; & eorum, apud quos aliquid ager, auer-
 erit acturus, mentis, sensusq; degustet: philosopho-
 rum autem libros reseruet sibi ad huiuscemodi Tuscu-
 lani requiem, atque otium; ne, si quando ei dicen-
 dum erit de iustitia, & fide, mutuetur à Platone:
 qui cum hæc exprimenda uerbis arbitraretur, nouam
 quandam finxit in libris ciuitatem: usque eò illa,
 quæ dicenda de iustitia putabat, à uitæ consuetudi-
 ne, & à ciuitatum moribus abhorrebant. Quod si
 ea probarentur in populis, atque in ciuitatibus:



uis tibi Crasse concessisset, clarissimo viro, & amplissimo principi ciuitatis, ut illa diceres in maxima conuentione tuorum ciuium, quæ dixisti? Eripite nos ex miris: eripite nos ex faucibus eorum, quorum crudelitas nostro sanguine non potest expleri. Nolite seruire nos cuiquam seruire, nisi uobis uniuersis; quibus & possumus, & debemus. Omitto miserias, in quibus, ut illi aiunt, uir fortis esse non potest: omitte fauces, ex quibus te eripi uis, ne iudicio iniquo corbeatur sanguis tuus: quod sapienti negant accedere posse. seruire uero non modo te, sed uniuersum senatum, cuius tum causam agebas, ausus es seruire? Potest ne uirtus Crasse seruire istis auctoribus, tuorum tu præcepta oratoris facultate complecteris? uis & semper, & sola libera est; quæq; etiam si corpora capta sint armis, aut constricta uinculis, tamen suum ius, atque omnium rerum impunitam libertatem tenere debeat. Quæ uero addidisti, non modo senatum seruire posse populo, sed etiam deo: quis hoc philosophus tam mollis, tam languidus, tam enervatus, tam omnia ad uoluptatem corporis, doloremq; referens probare posset? senatum seruire populo, cui populus ipse moderandi, & regendi sui potestatem quasi quasdam habenas tradidisset? itaque hæc, cum à te diuinitus ego dixi arbitrarer, P. Rutilius Rufus, homo doctus, & philosophiæ deditus, non modo parum commo-
dit, sed etiam turpiter, & flagitiose dicta esse dicebat. idemq; Ser. Galbam, quem hominem prope commemorasse se aiebat, pergrauiter reprehende-



re solebat, quòd is, L. Scribonio questionem in eum
 ferente, populi misericordiam concitasset; cum M. Ca-
 to, Galbae grauis atque acer inimicus, aspere apud po-
 pulum & uehementer esset locutus: quam orationem
 in Originibus suis exposuit. Reprehendebat igitur
 Galbam Rutilius, quòd is C. Sulpicij Galli propinquit
 sui Q. Pupillum filium ipse pene in humeros suos
 extulisset, qui patris clarissimi recordatione, & me-
 moria fletum populo moueret; & duos filios suos
 paruos tutela populi commendasset; ac se, tanquam
 in precinctu testamentum faceret, sine libra, atque
 tabulis populum R. tutorem instituire dixisset illo-
 rum orbitati. itaque cum & inuidia, & odio populi-
 tum Galba premeretur; his quoque eum tragœdij
 liberatum ferebat. quod item apud Catonem scriptum
 esse uideo: nisi pueris, & lacrymis usus esset, pœ-
 nas eum daturum fuisse. Hæc Rutilius ualde uitu-
 perabat: & huic humilitati dicebat uel exilium suis-
 se, uel mortem anteponendam. neque uero hoc so-
 lum dixit, sed ipse & sensit, & fecit. nam cum es-
 set ille uir exemplum, ut scitis, innocentiae; cumq[ue]
 illo nemo neque integrior esset in ciuitate, neque san-
 ctior; non modo supplex iudicibus esse noluit, sed ne
 ornatiùs quidem, aut uberius causam dici suam,
 quam simplex ratio ueritatis ferebat. paulum huic
 Cottæ tribuit partium, disertissimo adolescenti, so-
 roris suæ filio. dixit item causam illam quadam ex
 parte Q. Mucius more suo, nullo apparatu, pu-
 re, & dilucide. quòd si tu tum Crasse dixisses, quòd
 subsidium oratori ex illis disputationibus, quibus phi-



ſophi utuntur, ad dicendi copiam petendum eſſe uolo ante dicebas; & ſi tibi pro P. Rutilio non philoſophorum more, ſed tuo licuiſſet dicere: quamuis ſcelerati illi fuiſſent, ſicuti fuerunt, peſtiferi ciuis, ſupplicioq; digni; tamen omnem eorum impunitatem ex intimis mentibus euelliſſet uis orationis &. nunc talis uir amiſſus eſt, dum cauſa ita dicitur, ut ſi in illa commentitia Platonis ciuitate res ageretur. nemo ingemuit: nemo inſclamauit patronorum: nihil cuiquam doluit: nemo eſt quaerſtus: nemo imp. implorauit: nemo ſupplicauit. • Quid multa? Item nemo in illo iudicio ſuppoſit; credo, ne Stoicis ſunciaretur. Imitatus eſt homo Romanus, & conuſaris ueterem illum Socratem: qui cum omnium uolentiſſimus eſſet, ſanctiſſimeq; uixiſſet; ita in iudicio capitis pro ſe ipſe dixit, ut non ſupplex, aut ſeruus, ſed ut magiſter, aut dominus uideretur eſſe iuſtum. quin etiam, cum ei ſcriptam orationem diſtiſſimus orator Lyſias attuliſſet, quam, ſi ei uideatur, ediſceret, ut ea pro ſe in iudicio uteretur: non uictus legit, & commode ſcriptam eſſe dixit: ſed reſpondit: ut, ſi mihi calceos ſicyonios attuliſſes, non uiderer, quamuis eſſent habiles, & apti ad pedem, quia non eſſent uiriles: ſic illam orationem diſertam ſibi, oratoriam uideri; ſortem, & uirilem non uideri. Ergo illo quoque damnatus eſt, neque ſolum primis uocantijs, quibus tantum ſtatuebant iudices damnatum, an abſoluerent; ſed etiam illis, quas iterum leuius ferre debebant. erat enim Athenis reo damnatiſſi fraus capitalis non eſſet, quaſi pœna eſti-



matio. ex sententia, cum iudicibus daretur, interrogabatur reus, quam quasi æstimationem commeruisset se se maxime confiteretur. quod cum interrogatus Socrates esset; respondit sese meruisse, ut amplissimis honoribus, & præmijs decoraretur, & ut ei uictus quotidianus in Prytaneo publice præberetur: qui honos apud Græcos maximus haberetur. cuius responsio sic iudices exarserunt, ut capitis hominem innocentissimum condemnarent. qui quidem si absolutus esset: (quod mehercule, etiam si nihil ad nos pertinet, tamen propter eius ingenij magnitudinem uellem) quoniam modo istos philosophos ferre possemus; qui nunc cum ille damnatus est nullam aliam ob culpam, nisi propter dicendi inscitiam, tamen à se oportere dicum peti præcepta dicendi? quibuscum ego non pugno: utrum sit melius, aut uerius: tantum dico, & aliud illud esse atque hoc, & hoc sine illo summum esse posse. Nam quòd ius ciuile Crasse tam uehementer amplexus es: uideo, quid egeris, & tum, cum dicebas, uidebam. Primum Scæuolæ te dedisti, quem omnes amare meritissimo pro eius eximia suauitate debemus: cuius artem cum indotatam esse, atque incomitatam, & incomptam uideres; uerborum eandem locupletasti, & ornasti. deinde, quòd in ea plus operæ, laborisq; consumpseras, cum eius studi tibi & hortator, & magister esset domi; ueritus es nisi istam artem oratione exaggerasses, ne operam perdidisses. sed ego ne cum ista quidem arte pugno: sit sane tanta, quantam tu illam esse uis: etenim sine controuersia & magna est, & late patet, & multos



multos pertinet; & summo in honore semper fuit: & clarissimi ciues ei studio etiam hodie præsunt. sed vide Crasse, ne, dum nouo & alieno ornatu uelis ornare iuris ciuili scientiam, suo quoque eam concessis & tradito spolies atque denudes. Nam si ita dixeris; qui iurisconsultus esset, esse eum oratorem; remq; qui esset orator, iuris eundem esse consultum: praclaras duas artes constitueres, atque inter se pares, & eiusdem socias dignitatis. nunc uero iurisconsultum sine hac eloquentia, de qua quaerimus, uideris esse posse, fuisseq; plurimos: oratorem negas, nisi illam scientiam assumpserit, esse posse. ita & tibi iurisconsultus ipse per se nihil, nisi leguleius quidam cautus, & acutus, praeo actionum, cantor formularum, auceps syllabarum. Sed quia saepe utitur orator subsidio iuris in causis: idcirco istam iuris scientiam eloquentiae tanquam ancillulam, pedisequamq; adiunxisti. Quod uero impudentiam admittas es eorum patronorum, qui aut, cum parua nescirent, magna profiterentur; aut ea, quae maxima essent in iure ciuili, tractare auderent in causis, cum ea nescirent, nunquamq; didicissent: utriusque tibi facilis est, & prompta defensio. Nam neque illud est mirandum, qui, quibus uerbis coemptio fiat, nesciat; eundem eius mulieris, quae coemptionem fecerit, causam posse defendere: nec, si prauis nauigijs, & magni eadem est in gubernando scientia; iccirco tibi, quibus uerbis herasci oporteat, nesciat, idem in circumspectae familiae causam agere non possit. Nam quod maximas centumuirales causas in iure positas



D E O R A T O R E

protulisti : quae tandem earum causa fuit , quae ab
 homine eloquenti , iuris imperito non cruentissime po-
 tuerit dici ? quibus quidem in causis omnibus , sicut in
 ipsa M. Curii , quae abs te nuper est dicta , & in C.
 Hostilij Mancini controversia , atque in eo puero , qui
 ex altera natus erat uxore non remisso nuncio saepe-
 riori , fuerit inter peritissimos homines summa de iure
 dissensio . Quae igitur , quid adiuerit oratorem in
 his causis iuris scientia : cum hic iurisperitus saepe-
 rior fuerit discessurus , qui esset non suo artificio , sed
 alieno , hoc est non iuris scientia , sed eloquentia su-
 stentatus . Equidem hoc saepe audivi : cum Aedilitate
 tem P. Crassus peteret ; eumque maior natu , etiam
 consularis Ser. Galba affectaretur , quod Crassi filium
 Caio filio suo despondisset ; accessisse ad Crassum con-
 sulendi causa quendam rusticanum . qui cum Cras-
 sum seduxisset ; atque ad eum retulisset ; responsumque
 ab eo uerum magis , quam ad suam rem accommoda-
 tum abstulisset : ut eum tristem Galba uidit , nomen
 appellauit ; quaesivitque , qua de re ad Crassum retulis-
 set . ex quo ut audivit ; commotumque ; ut uidit homi-
 nem : suspensus , inquit , animo , & occupato Cras-
 sum tibi restordisse uideo . deinde ipsum Crassum ma-
 nu prehendit : & , Heus tu , inquit , quid tibi in
 mentem uenit ita respondere ? cum illi fidenter homo
 peritissimus confirmare , ita se rem habere , ut respon-
 disse ; nec dubium esse posse : Galba autem aliquid
 uarie , & copiose multas similitudines afferre , nuda-
 taque pro equitate contra ius dicere : atque illum , cum
 differendo par esse non posset , (quamquam fuit Cras-



us in numero disertorum, sed par Galbæ nullo modo) ad auctores confugisse; & id, quod ipse diceret, & in P. Mucij fratris sui libris, & in Sex. Aelij commentarijs scriptum protulisse; ac tamen concessisse, Galbæ disputationem sibi probabilem, & prope uerum uideri. Attamen quæ causæ sunt eiusmodi, ut de earum iure dubium esse non possit, omnino in iudicium uocari non solent. Num quis eo testamento, quod paterfamilias ante fecit, quam ei filius natus est, hæreditatem petit? nemo: quia constat agnascendo rumpi testamentum. ergo in hoc genere iuris iudicia nulla sunt. Licet igitur impune oratori omnem hanc partem iuris in controuersijs ignorare: quæ pars iure dubio multo maxima est. In eo autem iure, quod ambigitur inter peritissimos, non est difficile orari, eius partis, quamcunque defendes, auctorem aliquem inuenire, à quo cum amentatas hastas acciperis, ipse eas oratoris lacertis uiribusq; torquebit. nisi uero (bona uenia huius optimi uiri dixerim) tu uellis, aut præceptis soceri tui causam M. Curij defendisti, non arripuisti patrocinium æquitatis, & defensionem testamentorum, ac uoluntatis mortuorum. Ac mea quidem sententia (frequens enim te iudici, atque affui) multo maiorem partem sententiarum sale tuo, & lepore, & politissimis facis pellexisti; cum & illud nimium acumen illudes; & admirarere ingenium Scauolæ, qui excogisset nasci prius oportere, quam emori; cumq; multum colligeres & ex legibus, & ex senatusconsultis, & ex uita, ac sermone communi non modo acute,



D E O R A T O R E

sed etiã ridicule , ac facete ; ubi si uerba , non rem ; sequeremur ; confici nihil posset . itaque hilaritatis plenum iudicium , ac letitiæ fuit . in quo quid tibi iuris ciuili exercitatio profuerit , non intelligo : dicendi certe uis egregia , summa festiuitate & uenustate coniuncta ; profuit . Ipse ille Mucius , paterni iuris defensor ; & quasi patrimonij propugnator sui ; quid in illa causa ; cum contra te diceret , attulit , quod de iure ciuili depromptum uideretur ? quam legem recitauit ? quid patefecit dicendo , quod fuisset imperitis occultius ? nempe eius omnis oratio uersata est in eo , ut scriptum plurimum ualere oportere defendere . at in hoc genere pueri apud magistros exercentur omnes ; cum in eiusmodi causis alias scriptum ; alias equitatem defendere docentur . Et credas in illa militis causa si tu aut heredem , aut militem defendisses ; ad Hostilianas te actiones , non ad tuam uim & oratoriam facultatem contulisses . tu uerò uel , si testamentum defenderes , sic ageres , ut omnium testamentorum ius in eo iudicio positum uideretur : uel , si causam ageres militis , patrem eius ut soles , dicendo à mortuis excitasses , statuisses antea oculos : complexus esset filium , flensq; eum Centum uiris commendasset : lapides mehercule omnes flere , ac lamentari coegisses : ut totum illud , V T I lingua nuncupasset , non in X I I tabulis , quas cu omnibus bibliothecis anteponis , sed in magistri carminibus scriptum uideretur . Nam quòd inertiam accusat adolescentium , qui istam artem primum facillimam non ediscant : hæc quàm sit facilis , illi uidentur .



int, qui eius artis arrogantia, quasi difficillima
 t, ita subnixi ambulant: deinde etiam tu ipse
 uideris, qui eam artem facilem esse dicis, quam
 concedis adhuc artem omnino non esse, sed aliquan-
 do, si quis aliam artem didicerit, ut hanc artem
 perficere possit, tum esse illam artem futuram. de-
 inde quod sit plena delectationis: in qua tibi re-
 mittunt omnes istam uoluptatem, & ea se care-
 re patiuntur: nec quisquam est eorum, qui, si
 tibi sit ediscendum sibi aliquid, non Teucrum Pa-
 uuij malit, quam Manilianas uenaliu[m] uenden-
 orum leges ediscere. Tu autem, quod amore pa-
 triæ censes nos nostrorum maiorum inuenta nosse
 habere; non uides ueteres leges aut ipsas sua uetu-
 tate consenuisse, aut nouis legibus esse sublatas.
 Quod uero uiros bonos iure ciuili fieri putas, quia
 rebus & premia proposita sint uirtutibus, &
 supplicia uitij; equidem putabam uirtutem homi-
 nibus, si modo tradi ratione possit, instituendo, &
 persuadendo, non minis, & ui, ac metu tradi. nam
 sum quidem illud etiam sine cognitione iuris,
 iam sit bellum cauere malum, scire possumus. De
 re autem ipso, cui uni tu concedis, ut sine ulla iu-
 ris scientia tamen causis satisfacere possim: tibi hoc
 rasse respondeo; neque me unquam ius ciuile didi-
 se; neque tamen in ijs causis, quas in iure possem
 defendere, unquam istam scientiam desiderasse. aliud
 enim, esse artificem cuiusdam generis, atque artis:
 sed, in communi uita, & uulgari hominum consue-
 dine non habet eam, nec rudem. Cui nostrum non



D E O R A T O R E

licet fundos nostros obire, aut res rusticas uel fructus causa, uel delectationis inuisere? tamen nemo eam sine oculis, tam sine mente uiuit, ut, quid sementis ac messis, quid arborum putatio ac uitium, quo tempore anni, aut quo modo ea fiant, omnino nesciat. Num igitur, si cui fundus inspiciendus, aut si mandandum aliquid procuratori de agricultura, aut imperandum uillico sit, Magonis Carthaginensis sunt libri perdiscendi, an hac communi intelligentia contenti esse possimus? Cur ergo non iidem in iure ciuili, praesertim cum in causis, & in negotiis, & in foro conteramur, satis instructi esse possimus ad hoc duntaxat, ne in nostra patria peregrini, atque aduenae esse uideamur? Ac si iam sit causa aliqua ad nos delata obscurior; difficile credo sit cum hoc scaeuola communicare: quanquam ipsi omnia, quorum negotium est, consulta ad nos, & exquisita deferunt. An uero, si de re ipsa, si de finibus, cum in rem praesentem non uenimus, si de tabulis, & perscriptionibus controuersia est; contortas res, & saepe difficiles necessario perdiscimus: si leges nobis, aut si hominum peritorum responsa cognoscenda sunt; ueremur, ne ea, si ab adolescentia iuri ciuili minus studuerimus, non queamus cognoscere? Nihil ne igitur prodest oratori iuris ciuilis scientia? non possum negare prodesse ullam scientiam, ei praesertim, cuius eloquentia copia rerum debeat esse ornata: sed multa, & magna, & difficilia sunt ea, quae sunt oratori necessaria: ut eius industriam in plura studia distrahi nolim. Quis neget, opus esse aratori in hoc



oratorio motu, statuq; Roscij gestum, & uenustam? tamen nemo suaserit studiosis dicendi adolescentibus in gestu discendo histrionum more elaborare. Quid est oratori tam necessarium, quàm uox? tamen me auctore nemo dicendi studiosus Græcorum more & tragædorum uoci seruiet: qui & annos complures sedentes declamitant: & quotidie, antequam pronuncient, uocem cubantes sensim excitant; eamq; cum egerunt, sedentes ab acutissimo sono usque ad grauissimum sonum recipiunt, & quasi quommodo colligunt. hoc nos si facere uelimus; antequam condemnentur ij, quorum causas receperimus, quàm uoces, quoties præscribitur, Pæanem, aut Munionem* Martinius. Quòd si in gestu, qui multum oratorem diuuat, & in uoce, quæ una maxime eloquentiam el commendat, uel sustinet, elaborare nobis non licet; at tantum in utroque assequi possumus, quantum in hac acie quotidiani muneris spacij nobis datur: quanto minus est ad iuris ciuilis perdiscendi occupationem descendendum? quod & summam peripi sine doctrina potest: & hanc habet ab illis rebus dissimilitudinem, quòd uox, & gestus subito arripi, & aliunde arripi non potest; iuris utilitas ad uanque causam quamuis repente uel à peritis, uel e libris depromi potest. itaque illi disertissimi homines ministros habent in causis iuris peritos, cum ipsi ut peritissimi, eos, qui, ut abs te paulo ante dictum, πραγματοί uocantur. in quo nostri omnino elius multo; quòd clarissimorum hominum auctoritate leges, & iura recta esse uoluerunt. sed ta-



D E O R A T O R E

men non fugisset hoc Græcos homines; si ita necesse
 esse arbitrati essent, oratorem ipsum erudire in iure
 civili, non pragmaticum adiutorem dare. Nam
 quòd dicis senectutem à solitudine uindicari iuris ci-
 uilis scientia: fortasse etiam pecunie magnitudine:
 sed nos, non quid nobis utile, uerum quid oratori ne-
 cessarium sit, quærimus. quanquam (quoniam mul-
 ta ad oratoris similitudinem ab uno artifice sumi-
 mus) solet idem Roscius dicere, se, quo plus sibi æ-
 tatis accederet, eo tardiores tibicinis modos, & can-
 tus remissiores esse facturum. quòd si ille astrictus ad
 certa quadam numerorum moderatione, & pedum,
 tamen aliquid ad requiem senectutis excogitat: quan-
 to facilius nos non laxare modos, sed totos mutare
 possumus? Neque enim hoc te Crasse fallit, quàm
 multa sint, & quàm uaria genera dicendi: & quòd
 haud sciam an tu primus ostenderis, qui iandiu mul-
 to dicis remissius, & lenius, quàm solebas: neque
 minus hæc tamen tua grauiissimi sermonis lenitas, ut
 quàm illa summa uis, & contentio probatur: mul-
 tiq; oratores fuerunt, ut illum Scipionem audimus
 & Lælium, qui omnia sermone conficerent paulo
 intentiore, nunquam, ut Ser. Galba, lateribus, aut
 clamore contenderent. Quòd si iam hoc facere non
 poteris, aut noles: uereri, ne tua domus talis & ui-
 ri, & ciuis, si à litigiosis hominibus non colatur, à cæ-
 teris deseratur? Equidem tantum abs sum ab ista sen-
 tentia; ut non modo non arbitrer subsidium senectutis
 in eorum, qui consultum ueniant, multitudinem
 esse ponendum; sed tanquam portum aliquem expe-



em istam; quam tu times, solitudinem. subsidium
 im bellissimum existimo esse senectuti otium. Re-
 qua uero, etiam si addiuuant; historiam dico, &
 uidentiam iuris publici, & antiquitatis iter, &
 templorum copiam; si quando opus erit, à uiro opti-
 o, & istis rebus instructissimo familiari meo Longo
 utuabor: neque repugnabo, quo minus, id quod
 uo hortatus es, omnia legant, omnia audiant, in
 nni recto studio, atque humanitate uersentur. sed
 ehercule non ita multum spatij mihi habere uiden-
 r; si modo ea facere, & persequi uolent, quæ à
 Crasse præcepta sunt; qui mihi prope etiam nimis
 aras leges imponere uisus es huic ætati, sed tamen
 lid, quod cupiunt, adipiscendum prope necessarias.
 um & subitæ ad propositas causas exercitationes,
 r accuratæ, & meditatæ commentationes, ac stylus
 e tuus, quem tu uere dixisti perfectorem dicendi
 te, ac magistrum, multi sudoris est: & illa ora-
 onis suæ cum scriptis alienis comparatio, & de
 ieno scripto subita uel laudandi, uel uituperan-
 , uel comprobandi, uel refellendi causa dispu-
 tio, non mediocris contentionis est uel ad memo-
 am, uel ad imitandum. Illud uero fuit horribile:
 uod mehercule uereor, ne maiorem uim ad deter-
 ndum habuerit, quàm ad cohortandum. uolui-
 enim in suo genere unumquemque nostrum qua-
 quendam esse Roscium: dixistiq; , non tam ea,
 æ recta essent, probari, quàm, quæ praua sunt,
 stidijs adherescere. quod ego non tam fastidio-
 im nobis, quàm in histrionibus spectari puto. ita-



D E O R A T O R E

que nos raucos sæpe attentissime audiri uideo: tenet enim res ipsa, atque causa: at Aesopum, si paulum irraucuerit, explodi. à quibus enim nihil præter uoluptatem aurium queritur; in ijs offenditur, simul atque imminuitur aliquid de uoluptate. In eloquentia autem multa sunt, quæ teneant: quæ si omnia summa non sunt, & pleraque tamen magna sunt; necesse est ea ipsa, quæ sunt, mirabilia uideri. Ergo, ut ad primum illud reuertar: sit orator nobis is, qui, ut Crassus descripsit, accommodate ad persuadendum possit dicere: is autem concludatur in ea, quæ sunt in usu ciuitatum uulgari, ac forensi; remotisq; cæteris studijs, quamuis ea sint ampla atque præclara, in hoc uno opere, ut ita dicam, nocteis, & dies urgeatur; imiteturq; illum, cui sine dubio summa uis dicendi conceditur, Atheniensem Demosthenem: in quantum tantum studium fuisse, tantusq; labor dicitur, ut primum impedimenta naturæ diligentia, industriaq; superaret: cumq; ita balbus esset, ut eius ipsius artis, cui studeret, primam literam non posset dicere; perfecit meditando, ut nemo planius eo locutus putaretur. deinde, cum spiritus eius esset angustior, tantum continenda anima in dicendo est affecutus, ut una continuatione uerborum, id quod eius scripta declarant, binæ ei contentiones uocis, & remissiones continerentur: qui etiam, ut memoria proditum est, coniectis in os calculis, summa uoce uersus multos uno spiritu pronuntiare consuebat; neque id consistens in loco, sed inambulans, atque ascensu ingrediens arduo. Hisce ego cohortationibus Crasse ad stu-



ium, & ad laborem incitandos iuuenes uehementer assentior: cætera, quæ collegisti ex uarijs, & diuersis studijs, & artibus, tametsi ipse es omnia concutus, tamen ab oratoris proprio officio atque munere seiuncta esse arbitror. Hæc cum Antonius dixisset; sane dubitare uisus est Sulpicius, & Cotta, cuius oratio propius ad ueritatem uideretur accedere. Tum Crassus. Operarium nobis quendam Antone oratorem facis: atque haud scio, an aliter sentias, & utare tua illa mirifica ad refellendum consuetudine; qua tibi nemo unquam præstitit: cuius quidem ipsius facultatis exercitatio oratorum propria est, sed iam in philosophorum consuetudine uersatur, maximeq; eorum, qui de omni re proposita in utranque partem solent copiosissime dicere. Verum ego non lum arbitrabar, his præsertim audientibus, à me reformari oportere, qualis esse posset is, qui habitaret in subsellijs; neque quidquam amplius afferret, uiam quod causarum necessitas postularet: sed magis quiddam uidebam, cum censebam oratorem, præsertim in nostra rep. nullius ornamenti expertem esse oportere. Tu autem, quoniam exiguis quibusdam libris totum oratoris munus circundedisti, hoc facilius nobis expones ea, quæ abs te de officijs, præceptisq; oratoris quæsitæ sunt: sed opinor secundum hunc diem: satis enim multa à nobis hodie dicta sunt. Tunc & Scauola, quoniam in Tusculanum ire conuenit, paulum requiescet, dum se calor frangat: & is ipsi, quoniam id temporis est, ualeitudini demonstram. Placuit sic omnibus, Tum Scauola, Sane,

D E O R A T O R E

inquit, uellem non constituisse in Tusculanum me-
 hodie uenturum esse Lælio: libenter audirem Anto-
 nium. Et cum exurgeret, simul arridens, Neque
 enim, inquit, tam mihi molestus fuit, quod ius no-
 strum civile peruellit; quàm iucundus, quòd se idem
 nescire confessus est.

M. TULLII CICERONIS

D E O R A T O R E

L I B E R S E C V N D V S .

AGNA, nobis pueris, Quince frater, sum-
 mæ memoria tenes, opinio fuit, L. Crassum non
 plus attigisse doctrinæ, quàm quantum pri-
 ma illa puerili institutione potuisset; M. autem An-
 tonium omnino omnis eruditionis expertem, atque
 ignarum fuisse. erantq; multi, qui, quanquam non
 ita se rem habere arbitrarentur, tamen, quo faci-
 lius nos incensos studio discendi à doctrina deterre-
 rent, libenter id, quod dixi, de illis oratoribus præ-
 dicarent; ut, si homines non eruditi summam essent
 prudentiam, atque incredibilem eloquentiam conse-
 cuti, inanis omnis noster esse labor, Et stultum in-
 nobis erudiendis patris nostri, optimi, ac prudentissi-
 mi uiri, studium uideretur, quos tum ut pueri re-
 futare domesticis testibus, patre, Et C. Aculeone
 propinquo nostro, Et L. Cicerone patruo soleba-
 mus; quòd de Crasso pater, Et Aculeo, quocumq;



rat nostra matertera, quem Crassus dilexit ex om-
 nibus plurimum; & patruus, qui cum Antonio in
 Sicilia profectus una decesserat, multa nobis de
 eius studio, doctrinaq; saepe narrauit. cumq; nos
 cum consobrinis nostris Aculeonis filijs & ea disce-
 bimus, quae Crasso placerent; & ab ijs doctori-
 us, quibus ille uteretur, erudiremur: etiam illud
 sepe intelleximus, cum essemus eiusmodi, quod uel
 ueri sentire poteramus; illum & graece sic loqui,
 nullam ut nosse aliam linguam uideretur; & do-
 ctoribus nostris ea ponere in percunctando, eaq; ip-
 sum omni in sermone tractare, ut nihil esse ei no-
 tum, nihil inauditum uideretur. De Antonio ue-
 ro, quanquam saepe ex humanissimo homine patruo
 nostro acceperamus, quemadmodum ille uel Athenis,
 uel Rhodi se doctissimorum hominum sermonibus de-
 didisset: tamen ipse adolescentulus, quantum illius
 euntis aetatis meae patiebatur pudor, multa ex eo
 sepe quaesui. Non erit profecto tibi, quod scribo,
 uel nouum, (nam iam tum ex me audiebas) mihi
 ignotum, ex multis, uarijsq; sermonibus, nullius rei,
 uel quae quidem esset in ijs artibus, de quibus aliquid
 existimare possem, rudem, aut ignarum esse ui-
 sum. Sed fuit hoc in utroque eorum; ut Crassus
 non tam existimari uellet non didicisse, quam il-
 lud despicere, & nostrorum hominum in omni ge-
 nere prudentiam Graecis anteferre. Antonius autem
 probabiliorem hoc populo orationem fore censebat
 uel uisum, si omnino didicisse nunquam putaretur. at-
 que ita se uterque grauiorem fore, si alter contemne-

D E O R A T O R E

re, alter ne nosse quidem Græcos uideretur. Quorum
 consilium quale fuerit, nihil sane ad hoc tempus: il-
 lud autem est huius institutæ scriptiois, ac tempo-
 ris, neminem eloquentia non modo sine dicendi do-
 ctrina, sed ne sine omni quidem sapientia florere un-
 quam, & præstare potuisse. Etenim cæteræ fere ar-
 tes se ipse per se tuentur singulæ: bene dicere autem,
 quod est scienter, & perite, & ornate dicere, non
 habet definitam aliquam regionem, cuius terminis
 septa teneatur. Omnia, quæcunque in hominum di-
 sceptationem cadere possunt, bene sunt ei dicenda,
 qui hoc se posse profitetur: aut eloquentiæ nomen re-
 linquendum est. Quare equidem & in nostra ci-
 uitate, & in ipsa Græcia, quæ semper hæc summa du-
 xit, multos & ingenijs, & magna laude dicendæ
 sine summa rerum omnium scientia fuisse fateor
 talem uero existere eloquentiam, qualis fuerit in
 Crasso, & Antonio, non cognitis rebus omnibus,
 quæ in tantam prudentiam pertinerent, tantamque
 dicendi copiam, quanta in illis fuit, non potuisse
 confirmo. Quo etiam feci libentius, ut eum sermo-
 nem, quem illi quondam inter se de his rebus habuis-
 sent, mandarem literis: uel ut illa opinio, quæ sem-
 pr fuerit, tolleretur, alterum non doctissimum, al-
 terum plane indoctum fuisse: uel ut ea, quæ existi-
 mare à summis oratoribus de eloquentia diuinitus
 esse dicta, custodirem literis, si ullo modo assequi,
 complecti que potuissem: uel mehercule etiam ut lau-
 dem eorum iam prope senescentem, quantum ego
 possem, ab obliuione hominum, atque à silentio uim-



rarem. nam si ex scriptis cognosci ipsi suis potuis-
 set, minus hoc fortasse mihi esse putassem laboran-
 tem: sed cum alter non multum, quod quidem ex-
 cer, & id ipsum adolescens, alter nihil admodum
 ipsi reliquisset; deberi hoc à me tantis hominum in-
 iurijs putavi: ut cum etiam nunc uiam illorum
 memoriam teneremus, hanc immortalem redderem,
 possem. quod hoc etiam spe aggredior maiore ad-
 obandum; quia non de Ser. Galba, aut C. Carbo-
 eloquentia scribo aliquid; in quo liceat mihi fin-
 gere, si quid uelim, nullius memoria iam refellen-
 sed edo hæc ips cognoscenda, qui eos ipsos, de qui-
 loquor, sæpe audierunt; ut duos summos uiros
 , qui neutrum illorum uiderint, eorum, quibus
 bo illi oratores cogniti sint, uiuorum & præsen-
 m memoria teste commendemus. Nec uero te cha-
 lime frater, atque optime rhetoricis nunc quibus-
 n libris, quos tu agrestis putas, insequor ut eru-
 m. quid enim tua potest oratione aut subtilius,
 ornatus esse? sed quoniam siue iudicio, ut so-
 dicere; siue, ut ille pater eloquentia de se Isocra-
 scripsit ipse, pudore à dicendo & timiditate in-
 ua quadam resugisti; siue, ut ipse iocari soles,
 um putasti satis esse non modo in una familia rhe-
 m, sed pene in tota ciuitate: non tamen arbitror
 hos libros in eo fore genere, quod merito propter
 um, qui de dicendi ratione disputarunt, iciunita-
 bonarum artium possit illudi. nihil enim mihi
 dem uidetur in Crassi, & Antoni sermone esse
 teritum, quod quisquam à summis ingenijs, acer-

D E O R A T O R E

rimis studiis, optima doctrina, maximo usu cognosci, ac percipi potuisse arbitraretur. quod tu facillime poteris iudicare; qui prudentiam, rationemque dicendi per te ipsum, usum autem per nos percipere uoluisti. Sed quo citius hoc, quod suscepimus, non mediocre munus conficere possimus; ommissa nostra oratione, ad eorum, quos proposuimus, sermonem, disputationemque ueniamus. Postero igitur die, quam illa erant acta, hora fere secunda, cum etiam cum in lecto Crassus esset, et apud eum Sulpicius sederet, Antonius autem inambularet cum Cotta in porticu; repente eò Q. Catulus senex cum C. Iulii fratre uenit. quod ubi audiuit, commotus Crassus surrexit: omnesque admirati, maiorem aliquam esse causam eorum aduentus suspicati sunt. qui cum inter se, ut ipsorum usus ferebat, amicissime consalutassent; quid uos tandem Crassus? nunquidnam inquit, noui? Nihil sane, inquit Catulus: etenim uides esse ludos. sed uel tu nos ineptos licet, inquit, uel molestos putes. cum ad me in Tusculanum, inquit, heri uespero uenisset Caesar de Tusculano suo; dixit mihi, à se Scaeuolam hinc euntem esse conuentum ex quo mira quaedam se audisse dicebat: te, quem ego toties omni ratione tentans ad disputandum elicere non potuissem, permulta de eloquentia cum Antonio disseruisse, et tanquam in schola prope ad Grecorum consuetudinem disputasse. ita me frater exorauit, me ipsum non quidem à studio audiendi nimis abhorrentem, sed melhercule uerentem tamen ne molesti nobis interueniremus, ut huc secum ueni-

rem.



rem. Etenim Scauolam ita dicere aiebat, bonam partem sermonis in hunc diem esse dilatam. hoc si tu cupidius factum existimas, Casari attribues: si familiaris, utriusque nostrum: nos quidem, nisi forte nolesti interuenimus, uenisse delectat. Tum Crassus. Equidem, quacunque causa uos huc attulisset, etarer, cum apud me uiderem homines mihi charissimos, & amicissimos: sed tamen, uere dicam, quæ is malletm fuisset, quàm ista, quam dicis. ego enim ut, quemadmodum sentio, loquar) nunquam mihi minus, quàm hesternò die placui: magis adeo facilitate, quàm alia ulla culpa mea contigit: qui sum obsequor his adolescentibus, me senem esse sumptus; feci; id, quod ne adolescens quidem fecerem, ut ijs de rebus, quæ doctrina aliqua continentur, disputarem. Sed hoc tamen cecidit mihi per inopportune, quòd transactis iam meis partibus ad Antonium audiendum uenisti. Tum Casar, Equidem, inquit, Crasse ita sum cupidus te in illa honore, ac perpetua disputatione audiendi, ut, si id mihi minus contingat, uel hoc sim quotidiano tuo amore contentus. itaque experiar equidem illud, ut Sulpicius familiaris meus, aut Cotta plus, quàm ego, apud te ualere uideantur: & te exorabo propterea, ut mihi quoque, & Catulo tuæ suauitatis quid impertias. Sin tibi id minus libebit: non te regebo; neque committam, ut, dum uereare ne tu ineptus, me esse iudices. Tum ille, Ego mihercule, inquit, Casar ex omnibus latinis uerbis huius uerbi non uel maximam semper putauit. quem enim nos



D E O R A T O R E

ineptum uocamus, is mihi uidetur ab hoc nomen habere dictum, quòd non sit aptus: idq; in sermonis nostri consuetudine perlate patet. nam qui aut, tempus quid postulet, non uidet; aut plura loquitur; aut se ostentat; aut eorum, quibuscum est, uel dignitatis, uel commodi rationem non habet; aut denique in aliquo genere aut inconcinnus, aut nullus est; is ineptus dicitur. hoc uitio cumulata est eruditissima illa Græcorum natio: itaque, quòd uim huius mali Græci non uident, ne nomen quidem ei uitio imposuerunt. ut enim quæras omnia, quo modo Græci ineptum appellent; non reperies. Omnium autem ineptiarum, quæ sunt innumerabiles, haud scio an ulla sit maior, quàm, ut illi solent, quocumque in loco, quoscumque inter homines uisum est, de rebus aut difficillimis, aut non necessarijs argutissime disputare. hoc nos ab istis adolescentibus facere inuiti & recusantes heri coacti sumus. Tum Catulus, Ne Græci quidem, inquit, Crasse, qui in ciuitatibus suis clari & magni fuerunt, sicuti tu es, nosq; omnes in nostra rep. uolumus esse, horum Græcorum, qui se inculcant auribus nostris, similes fuerunt; nec tamen in otio sermones huiusmodi, disputationesq; fugiebant. Ac si tibi uidentur, qui temporis, qui loci, qui hominum rationem non habent, inepti, sicut debent uideri: num tandem aut locus hic non idoneus uidetur, in quo porticus hæc ipsa, ubi inambulamus, & palestra, & tot locis sessiones, gymnasiorum, & græcarum disputationum memoriam quodam modo commouent: aut importunum tempus in



tanto otio; quod & raro datur, & nunc peroptato
 vobis datum est? aut homines ab hoc genere disputa-
 tionis alieni? qui omnes ij sumus, ut sine his studijs
 nullam uitam esse ducamus. Omnia ista, inquit
 Crassus, ego alio modo interpretor; qui primum pa-
 laestram, & sedes, & porticus etiam ipsos Catule
 Græcos exercitationis, & delectationis causa, non di-
 butationis inuenisse arbitror. nam & seculis multis
 ante gymnasia inuenta sunt, quàm in his philoso-
 phi garrere cœperunt: & hoc ipso tempore cum o-
 mnia gymnasia philosophi teneant, tamen eorum
 auditores discum audire, quàm philosophum ma-
 nent. qui simul ut increpuit; in media oratione de
 maximis rebus, & grauissimis disputantem philo-
 sophum omnes unctiois causa relinquunt. ita leuif-
 simam delectationem grauissimæ, ut ipsi ferunt, uti-
 tati anteponunt. Otium autem quod dicis esse, as-
 perior: uerum otij fructus est non contentio animi,
 sed relaxatio. Sæpe ex socero meo audiui, cum is di-
 ceret socerum suum Laliu[m] semper fere cum Sci-
 none solitum rusticari; eosq; incredibiliter repuera-
 re esse solitos, cum rus ex urbe tanquam ex uin-
 ilis euolauissent. Non audeo dicere de talibus uiris:
 sed tamen ita solet narrare Scauola, conchas eos, &
 amblicos ad Caietam, & ad Lucrinum legere con-
 esse, & ad omnem animi remissionem, ludumq;
 ascendere. Sic enim se res habet; ut, quemadmodum
 olucres uidemus procreationis, atque utilitatis suæ
 causa fingere & construere nidos, easdem autem,
 cum aliquid effecerint, leuandi laboris sui causa pas-



D E O R A T O R E

*sim ac libere solutas opere uolitare : sic nostri animi
forensibus negotiis , atque urbano opere defessi ge-
stunt , ac uolitare cupiunt uacui curra , atque labo-
re . itaque illud , quod ego in causa Curiana Scauo-
le dixi , non dixi secus , ac sentiebam . Nam si in-
quam Scauola nullum erit testamentum recte fa-
ctum , nisi quod tu scripseris : omnes ad te ciues
cum tabulis uenient : omnium testamenta tu scri-
bes unus . quid igitur inquam ? quando ages negotium
publicum ? quando amicorum ? quando tuum ? quan-
do denique nihil ages ? Tum illud addidi . mihi enim
liber esse non uidetur , qui non aliquando nihil agit
in qua permaneo Catule sententia : meq; , cum huc ue-
ni , hoc ipsum nihil agere , & plane cessare delectat
Nam quod addidisti tertium ; uos eos esse , qui uitam
insuauem sine his studiis putaretis : id me non modo
non hortatur ad disputandum , sed etiam deterret
Nam ut C. Lucilius , homo doctus , & perurbanus
dicere solebat , ea , quae scriberet , neque ab indoctis-
simis , neque ab doctissimis legi uelle ; quod alteri ni-
hil intelligerent , alteri plus fortasse , quam ipse : quod
etiam scripsit , Persium non curio legere ; hic enim
fuit , ut noramus , omnium fere nostrorum homi-
num doctissimus ; Laelium Decimum uolo ; quem co-
gnouimus uirum bonum , & non illiteratum , sed ni-
hil ad Persium : sic ego , si iam mihi disputandum
sit de his nostris studiis ; nolim equidem apud rusti-
cos , sed multo minus apud uos . malo enim non in-
telligi orationem meam , quam reprehendi . Tum
Caesar , Equidem , inquit , Catule iam mihi uideor na-*



tasse operam, quòd huc uenerim: nam hac ipsa re-
 usatio disputationis. disputatio quaedam fuit mihi
 uidem periucunda. Sed cur impedimus Antonium?
 cuius audio esse partes, ut de tota eloquentia disse-
 ut: quemq; iandudum & Cotta, & Sulpicius ex-
 lectant. Ego uero, inquit Crassus, neque Antonium,
 uerbum facere patiar; & ipse obmutescam, nisi
 prius à uobis impetraro. Quidnam, inquit Catulus?
 ut hic sitis hodie. Tum, cum ille dubitaret, quòd ad
 patrem promiserat; ego, inquit Iulius, pro utroque
 respondeo; sic faciemus: atque ista quidem conditio-
 nis, uel ut uerbum nullum faceres, me teneres. Hic
 Catulus arrisit: & simul, Præcisa, inquit, mihi
 uidem dubitatio est: quoniam neque domi impetra-
 tum: & hic, apud quem eram futurus, sine mea
 sententia tam facile promisit. Tum omnes oculos in
 Antonium coniecerunt: & ille, Audite uero, au-
 re, inquit: hominem enim audietis de schola, at-
 que à magistro & græcis literis eruditum. & eo qui-
 bus loquor confidentius, quòd Catulus auditor ac-
 cessit; cui non solum nos Latini sermonis, sed etiam
 Græci ipsi solent suæ linguæ subtilitatem, elegan-
 tiamq; concedere. Sed tamen, quoniam hoc totum,
 quicquid est, siue artificium, siue studium dicendi,
 si accessit os, nullum potest esse: docebo uos disci-
 pli id, quod ipse non didici, quid de omni genere
 dicendi sentiam. Hic posteaquam arriserunt, Res
 mihi uidetur esse, inquit, facultate præclara, arte
 mediocris. ars enim earum rerum est, quæ sciuntur.
 uerborum autem omnis actio opinionibus, non scien-



D E O R A T O R E

eia continetur . nam & apud eos dicimus , qui ne-
 sciunt ; & ea dicimus , quæ nescimus ipsi . itaque &
 illi alias aliud iisdem de rebus & sentiunt , & iudi-
 cant : & nos contrarias sæpe causas dicimus : non
 modo ut Crassus contra me dicat aliquando , aut ego
 contra Crassum ; cum alterutri necesse sit falsum di-
 cere : sed etiam ut uterque nostrum eadem de re alias
 aliud defendat ; cum plus uno uero esse non possit .
 Ut igitur in eiusmodi re , quæ mendacio nixa sit ,
 quæ ad scientiam non sæpe perueniat , quæ opinio-
 nes hominum , & sæpe errores accipetur , ita di-
 cam , si causam putatis esse , cur audiat . Nos uero
 & ualde quidem , Catulus inquit , putamus , atque
 eo magis , quòd nulla mihi ostentatione uideris esse
 usurus . exorsus es enim non gloriose magis , ut tu
 putas , à ueritate , quàm à nescio qua dignitate . Ut
 igitur de ipso genere sum confessus , inquit Antoni-
 us , artem esse non maximam : sic illud affirmo , præ-
 cepta posse quædam dari peracuta ad pertractandos
 animos hominum , & ad captandas eorum uolunta-
 tes . huius rei scientiam si quis uolet magnam quan-
 dam artem esse dicere , non repugnabo . etenim , cum
 plerique temere , ac nulla ratione causas in foro di-
 cant ; nonnulli autem propter consuetudinem ali-
 quam callidius id faciant : non est dubium , quin , si
 quis animaduernerit , quid sit , quare alij melius ,
 quàm alij dicant , id possit notare . ergo id qui toto
 in genere fecerit , is si non plane artem , at quasi
 artem quandam inuenerit . Atque utinam ut mihi
 illa uidere uideor in foro , atque in causis ; ita nunc



quemadmodum ea reperirentur, possim uobis exponere. Sed de me uidero. nunc hoc propono, quod mihi persuasi: quamuis ars non sit, tamen nihil esse perfecto oratore præclarior. nam ut usum dicendi omittam, qui in omni pacata, & libera ciuitate dominatur: tanta oblectatio est in ipsa facultate dicendi, ut nihil hominum aut auribus, aut mentibus iucundius percipi possit. quis enim cantus moderata orationis pronuntiatione dulcior inueniri potest? quod cæcæ artificiosa uerborum conclusione aptius? qui actor in imitanda, quàm orator in suscipienda ueritate iucundior? quid autem subtilius, quàm acute, crebræq; sententiæ? quid admirabilius, quàm res splendore illustrata uerborum? quid plenius, quàm omni rerum genere cumulata oratio? neque enim ulla non propria oratoris est res, uæ quidem ornate dici, grauiterq; debeat. Huius est in dando consilio de maximis rebus cum dignitate explicata sententiæ: eiusdem & languentis populi incitatio, & effrenati moderatio. Eadem facultate fraus hominum ad perniciem, & integritas ad salutem uocatur. Quis cohortari ad uirum ardentius? quis à uitijs acrius reuocare? quis uituperare improbos asperius? quis laudare bonos ornatius? quis cupiditatem uehementius frangere accusando potest? quis mœrorem leuare minus consolando? Historia uero testis temporum, lux ueritatis, uita memoriæ, magistra uitæ, nuncia ueritatis, qua uoce alia, nisi oratoris, immortalitati commendatur? Nam si qua est ars alia, quæ uerbo-



rum aut faciendorum, aut diligendorum scientiam
 profiteatur; aut si quisquam dicitur, nisi orator, for-
 mare orationem, eamq; uariare, & distinguere qua-
 si quibusdam uerborum, sententiarumq; insignibus;
 aut si uia ulla nisi ab hac una arte traditur aut ar-
 gumentorum, aut sententiarum, aut denique de-
 scriptionis, atque ordinis: fateamur aut hoc, quod
 hac ars profiteatur, alienum esse, aut cum aliqua
 alia arte esse commune. sed si in hac una est ea ratio,
 atque doctrina: non, si qui aliarum artium bene lo-
 cuti sunt, eo minus id est huius unius proprium:
 sed ut orator de ijs rebus, quæ cæterarum artium
 sunt, si modo eas cognorit, ut heri Crassus dicebat,
 potest dicere; sic cæterarum artium homines ornati
 illa sua dicunt, si quid ab hac arte didicerunt. neque
 enim, si de rusticis rebus agricola quispiam, aut
 etiam; id quod multi, medicus de morbis, aut de pin-
 gendo pictor aliquis diserte dixerit, aut scripserit, ic-
 circo illius artis putanda sit eloquentia: in qua, quid
 uis magna est in hominum ingenijs, eo multi etiam
 sine doctrina aliquid omnium generum, atque ar-
 tium consequuntur. sed quod cuiusque sit proprium,
 etsi ex eo iudicari potest, cum uideris quid quæque
 doceat: tamen hoc certius nihil esse potest, quam
 quòd omnes artes aliæ sine eloquentia suum munus
 præstare possunt; orator sine ea nomen suum obtine-
 re non potest: ut cæteri, si disertis sint, aliquid ab hoc
 habeant; hic, nisi domesticis se instruxerit copijs,
 aliundi dicendi copiam petere non possit. Tum Ca-
 tullus, Etsi, inquit, Antoni minime impediendus est



terpellatione iste cursus orationis tuæ : patiere ta-
 en, mihiq; ignosces : non enim possum, quin ex-
 mem, ut ait ille in Trinummo : ita mihi uim ora-
 is tum exprimere subtiliter uisus es, tum laudare
 biosissime : quod quidem eloquentem uel optime fa-
 be oportet, ut eloquentiam laudet : debet enim ad
 n laudandam ipsam illam adhibere, quam laudat.
 t perge porrò. tibi enim assentior, uestrum esse
 c totum discrete dicere; idq; si quis in alia arte fa-
 t, eum assumpto aliunde uti bono, non proprio,
 t suo. At Grassus, Nox te, inquit, nobis Antoni
 uoliuit, hominemq; reddidit : nam hesterno sermo-
 unius cuiusdam operis, ut ait Cecilius, remigem
 quem, aut baiulum nobis oratorem descriperas,
 fem quendam humanitatis, atque inurbanum.
 m Antonius, Heri enim, inquit, hoc mihi propo-
 ram; ut, si te refellissem, hos à te discipulos ab-
 erem. nunc Catulo audiente, & Cæsare, uideor
 ere non tam pugnare tecum, quàm, quid ipse
 ciam, dicere. Sequitur igitur, quoniam nobis est
 s, de quo loquimur, in foro, atque in oculis ciuium
 stituendus; ut uideamus, quid ei negotij demus,
 q; eum muneri uelinus esse præpositum. Nam
 ssus heri, cum uos Catule, & Cæsar non adesse-
 posuit breuiter in artis distributione idem, quod
 cci plerique posuerunt; neque sane, quid ipse sen-
 t, sed quid ab illis diceretur, ostendit : duo prima
 era quaestionum esse, in quibus eloquentia uersa-
 r; unum infinitum, alterum certum. Infini-
 t mihi uidetur id dicere, in quo aliquid generatim



D E O R A T O R E

quæreretur, hoc modo; expetenda ne esset eloquentia,
 expetendi ne honores: certum autem, in quo quis
 in personis, & in constituta re, & definita quæreretur;
 cuiusmodi sunt, quæ in foro, atque in ciuium
 causis, disceptationibusq; uersantur. ea mihi uidentur
 aut in lite ordinanda, aut in consilio dando esse
 posita. Nam illud tertium, quod & à Crasso tractatum
 est, & ut audio, ille ipse Aristoteles, qui hæc maxime
 illustrauit, adiunxit; etiam si opus est, tamen
 minus est necessarium. Quidnam, inquit Catulus,
 an laudationes? id enim uideo poni genus tertium.
 Ita, inquit Antonius: & in eo quidem genere sciam
 & me, & omnes, qui affuerunt, delectatos esse ualde
 hementer, cum abs te est Popillia mater uestra lauda-
 ta: cui primum mulieri hunc honorem in nostra ciui-
 tate tributum puto. Sed non omnia, quæcunque
 loquimur, mihi uidentur ad artem, & ad præcepta
 esse reuocanda. ex ijs enim fontibus, unde omnia orati-
 onis dicendi præcepta sumentur, licebis etiam lauda-
 tionem ornare; neque illa elementa desiderare: quæ
 ut nemo tradat; quis est, qui nesciat, quæ sint in ho-
 mine laudanda? positis enim ijs rebus, quas Crassus
 in illius orationis suæ, quam contra collegam Censorium
 habuit, principio dixit: quæ natura, aut fortuna daren-
 rentur hominibus; in ijs rebus se uinci posse, animo
 æquo pati: quæ ipsi sibi homines parare possent, in ijs
 rebus se pati non posse uinci: qui laudabit quempiam
 intelliget exponenda sibi esse fortunæ bona. ea sunt
 generis, pecuniæ, propinquorum, amicorum, opum,
 ualitudinis, formæ, uirium, ingenij, cæterarumq; rerum



*n, quæ sunt aut corporis, aut extraneæ: si habue-
 , bene his usum: si non habuerit, sapienter caruis-
 si amiserit, moderate tulisse: deinde quid sapien-
 is, quem laudet, quid liberaliter, quid fortiter,
 id iuste, quid magnifice, quid pie, quid grate, quid
 inaniter, quid denique cum aliqua uirtute aut fe-
 it, aut tulerit. Hæc, & quæ sint eius generis, fa-
 uidebit qui uolet laudare quempiam; & qui ui-
 rerare, contraria. Cur igitur dubitas, inquit Ca-
 us, facere hoc tertium genus, quoniam inest in ra-
 re rerum? non enim, si est facilius, eo de numero
 pque est excerpendum. Quia nolo, inquit, omnia,
 e cadunt aliquando in oratorem, quamuis egregia
 , ea sic tractare, quasi nihil possit dici sine præce-
 suis. nam & testimonium sæpe dicendum est, ac
 nunquam etiam accuratius: ut mihi necesse fuit
 Sex. Titium, seditiosum ciuem, & turbulentum.
 licæui in eo testimonio dicendo omnia consilia Con-
 catus mei, quibus illi Tribuno pl. pro rep. restituf-
 : quæq; ab eo contra remp. facta arbitrarer, ex-
 ui: diu retentus sum: multa audiui; multa re-
 ndi. num igitur placet, cum de eloquentia præci-
 s, aliquid etiam de testimonijs dicendis quasi in ar-
 radere? Nihil sane, inquit Catulus, necesse est.
 uid sit, quod sæpe summis uiris accidit, mandata
 : exponenda aut in senatu ab Imperatore, aut ad
 peratorem, aut ad regem, aut ad populum ali-
 m à senatu? num, quia genere orationis in
 usmodi causis accuratiores est utendum; iccir-
 etiam pars hæc causarum numeranda uidetur.*



D E O R A T O R E

aut proprijs præceptis instruenda? Minime uero, inquit Catulus: non enim deerit homini diserto in eius modi rebus facultas ex cæteris rebus & causis comparata. Ergo item, inquit, illa, quæ sæpe diserte agenda sunt, & quæ ego paulo ante, cum eloquentiam laudarem, dixi oratoris esse; neque habent suum locum cum ullum in diuisione partium, neque certum præceptorum genus; & agenda sunt non minus diserte quàm quæ in lite dicuntur, obiurgatio, cohortatio, consolatio: quorum nihil est, quod non summa dicendi ornamenta desideret; sed ex artificio res ista præcepta non quærent. Plane, inquit Catulus, assensior. Age uero, inquit Antonius, qualis oratoris & quanti hominis in dicendo putas esse historiam scribere? Si ut Græci scripserunt; summi, inquit Catulus: si ut nostri, nihil opus est oratore: satis est non esse mendacem. Atqui, ne nostros contempnas, inquit Antonius, Græci ipsi sic initio scriptitarunt, ut non solum Cato, ut Piætor, ut Piso. erat enim historia nihil aliud, nisi annalium confectio. cuius rei, memoriaq; publicæ retinendæ causa, ab initio rerum Romanarum usque ad P. Mucium Pontificem Max. res omnes singulorum annorum mandabat literis. Pontifex Max. efferebatq; in album: & proponebat in tabulam domi, potestas ut esset populo cognoscendita: ijq; etiam nunc annales maximi nominantur. Hanc similitudinem scribendi multi secuti sunt; qui singulis ornamentis monumenta solum temporum, horum, mensium, locorum, gestarumq; rerum relinquerunt: itaque qualis apud Græcos Pherecydes, Hellanicus, &



usilas fuit, alijsq; permulti: talis noster Cato, &
 Tor, & Piso: qui neque tenent, quibus rebus or-
 tur oratio; (modo enim huc ista sunt importata)
 , dum intelligatur quid dicant, unam dicendi lau-
 n putant esse breuitatem. Paululum se crexit, &
 lidit historiae maiorem sonum uocis uir optimus
 assi familiaris Antipater. ceteri non exornatores
 rum, sed tantummodo narratores fuerunt. Est,
 quit Catulus, ut dicis: sed iste ipse Caelius neque
 tinxit historiara uarietate locorum; neque uerbo-
 m collocacione, & tractu orationis leui, & equa-
 i perpoliuit illud opus, sed, ut homo neque doctus,
 que maxime aptus ad dicendum, sicut potuit, do-
 it; udit tamen, ut dicis, superiores. Minime mi-
 n, inquit Antonius, si ista res adhuc nostra lingua
 strata non est. nemo enim studet eloquentiae no-
 rrum hominum, nisi ut in causis atque in foro elu-
 t. apud Gracos autem eloquentissimi homines re-
 ti a causis forensibus, cum ad ceteras res illustres,
 n ad scribendam historiam maxime se applicaue-
 ut. Nanque & Herodotum illum, qui princeps
 us hoc ornauit, in causis nihil omnino uersatum
 lacepimus. atqui tanta est eloquentia; ut me qui-
 p, quantum ego graece scripta intelligere possim,
 gnopera delectet. & post illum Thucydides om-
 s dicendi artificio mea sententia facile uicit. qui
 creber est rerum frequentia; ut uerborum prope
 nerum sententiarum numero consequatur: ita
 ro uerbis aptus, & pressus; ut nescias, utrum
 oratione, an uerba sententijs illustrentur. atqui



ne hunc quidem, quanquam est in rep. uersatus, & numero accepimus eorum, qui causas dictitarunt: & hos libros tum scripsisse dicitur, cum à rep. remotus atque, id quod optimo cuique Athenis accidere solitum est, in exilium pulsus esset. Hunc consecutus est Syracusius Philistus: qui cum Dionysij tyranni familiarissimus esset; otium suum consumpsit in historia scribenda; maximeq; Thucydidem est, sicut mihi uidetur, imitatus. Postea uero quasi ex clarissimi rhetoris officina duo præstantes ingenio, Theopompus, & Ephorus, ab Isocrate magistro impulsus, se ad historiam contulerunt; causas omnino nunquam attigerunt. Denique etiam à philosophia profectus princeps Xenophon, Socraticus ille, post ab Aristotele Callisthenes, comes Alexandri scripsit historiam; & huius quidam rhetorico pene more; ille autem superior leniore quodam sermone est usus, & qui illum impetum oratoris non habeat; uehemens fortasse minus, sed aliquanto tamen, ut mihi quidem uidetur, dulcior. Minimus natus horum omnium Timæus, quantum autem iudicare possum longe eruditissimus, & rerum copia, & sententiarum uarietate abundantissimus, & ipsa compositione uerborum non impotens, magnam eloquentiam ad scribendum attulit, sed nullum usum forensem. Hac cum ille dixisset, Qui est, inquit, Catule, Caesar? ubi sunt, qui Antonium græce negant scire? quot historicos nominauit? quid scienter, quàm proprie de uno quoque dixit? Id mihi hercule, inquit Catulus, admirans, illud iam mirari desino, quod multo magis ante mirabar; hunc



hac nesciret, in dicendo posse tantum. Atqui
 tunc, inquit Antonius, non ego utilitatem aliquam
 dicendum aucupans, horum libros, & nonnul-
 los, sed delectationis causa, cum est otium, lege-
 soleo: Quid ergo est? fatebor: aliquid tamen, ut,
 in sole ambulem, etiam si aliam ob causam an-
 tem, fieri natura tamen ut colorer; sic, cum istos
 ad Misenum (nam Romæ uix licet) studio-
 se legerim, sentio orationem meam illorum cantu
 quasi colorari. Sed, ne latius hoc uobis patere uidea-
 ; hac dumtaxat in Græcis intelligo, quæ ipsi,
 scripserunt, uoluerunt à uulgo intelligi. In phi-
 losophos uestros si quando incidi, deceptus indicibus
 eorum, quòd sunt fere inscripti de rebus notis &
 tribus, de uirtute, de iusticia, de honestate, de
 ueritate; uerbum prorsus nullum intelligo: ita
 et angustis, & concisis disputationibus illigati-
 tas omnino, quasi alia quadam lingua locutos,
 conor attingere. Cum ijs me, ut dixi, oblecto, qui
 gestas, aut qui orationes scripserunt suas; aut
 ita loquuntur, ut uideantur uoluisse esse no-
 tos, qui non sumus eruditissimi, familiares. Sed
 hic redeo. Videtis ne, quantum minus sit oratoris
 gloria? haud scio, an summe orationis, & uarie-
 tatis maximum. neque eam reperio usquam separa-
 tim instructam rhetorum præceptis: sita sunt enim
 in oculis. nam quis nescit primam esse historie
 legem, ne quid falsi dicere audeat: deinde, ne quid
 non audeat, ne qua suspicio gratiæ sit in scri-
 bendo, ne qua simultatis? Hæc scilicet fundamenta



nota sunt omnibus . ipsa autem exa'dificatio posita
 est in rebus , & uerbis . Rerum ratio ordinem tempo-
 rum desiderat , regionum descriptionem : uult etiam
 quoniam in rebus magnis , memoriaq; dignis consilia
 primum , deinde acta , postea euentus expectantur .
 & de consilijs significari quid scriptor probeat , & in
 rebus gestis declarari , non solum quid actum , au-
 dictum sit , sed etiam quo modo ; & , cum de euen-
 tu dicatur , ut causae explicentur omnes uel casus , uel
 sapientiae , uel temeritatis ; hominumq; ipsorum non
 solum res gestae , sed etiam , qui fama ac nomine ex-
 cellant , de cuiusque uita , atque natura . Verborum
 autem ratio , & genus orationis susum , atque tra-
 ctum , & cum lenitate quadam aequabili profluet
 sine hac iudiciali asperitate , & sine sententiarum fo-
 rensium aculeis persequendum est . Harum tot , tan-
 tarumq; rerum uidetis ne ulla esse praecpta , quae in
 artibus rhetorum reperiantur ? In eodem silentio multa
 alia oratorum officia iacuerunt , cohortationes , con-
 solationes , praecpta , admonita : quae tractanda sunt
 omnia disertissime , sed locum suum in illis partibus
 quae traditae sunt , habent nullum . Atque in hoc gene-
 re illa quoque est infinita sylua ; quod oratori plerique
 (ut etiam Crassus ostendit) duo genera ad dicendum
 dederunt ; unum de certa , definitaq; causa , quales
 sunt quae in litibus , quae in deliberationibus uersan-
 tur : (addat , si quis uolet , etiam laudationis) alter-
 rum , quod appellant omnes fere scriptores , explicat-
 nemo , infinitam generis sine tempore , & sine personae
 quaestionem . hoc quid , & quantum sit , cum dicunt ; in-
 telligere



ligere mihi non uidentur. Si enim est oratoris, quæ
 inque res infinite posita sit, de ea posse dicere: di-
 ndum erit ei, quanta sit solis magnitudo, quæ for-
 a terræ: de mathematicis, de musicis rebus non
 terit quin dicat, hoc onere suscepto, recusare. De-
 que ei, qui profitemur esse suum non solum de ijs
 introuersijs, quæ temporibus, & personis notatæ
 unt, hoc est de omnibus forensibus, sed etiam de ge-
 rum infinitis quæstionibus dicere; nullum potest
 se genus orationis, quod sit exceptum. Sed si illam
 uoque partem quæstionum oratori uolumus adiun-
 re uagam, & liberam, & late patentem; ut de rebus
 nis, aut malis; expetendis, aut fugiendis; honestis,
 et turpibus; utilibus, aut inutilibus; de uirtute,
 iustitia, de continentia, de prudentia, de magni-
 dine animi, de liberalitate, de pietate, de amici-
 , de fide, de officio, de cæteris uirtutibus, contra-
 s; uitijs dicendum oratori putemus; itemq; de rep.
 imperio, de re militari, de disciplina ciuitatis, de
 minum moribus: assumamus eam quoque par-
 n, sed ita, ut sit circumscripta modicis regionibus.
 quidem omnia, quæ pertinent ad usum ciuium,
 prem hominum; quæ uersantur in consuetudine
 re, in ratione reip. in hac societate ciuili, in sensu
 minum communi, in natura, in moribus; com-
 ehendenda esse oratori puto; si minus ut separa-
 n de his rebus philosophorum more respondeat; ac
 te ut in causa prudenter possit intexere; hisce au-
 n ipsis de rebus ut ita loquatur, uti ij, qui iura,
 i leges, qui ciuitates constituerunt, locuti sunt,



D E O R A T O R E

simpliciter, & splendide, sine ulla serie disputatio-
num, & sine ieiuna concertatione uerborum. Hoc
loco ne qua sit admiratio, si tot, tantarumq; rerum
nulla à me præcepta ponentur: sic statuo, ut in ce-
teris artibus, cum tradita sunt cuiusque rei difficulti-
ma; reliqua, quia aut faciliora, aut similia sint,
tradi non necesse esse; ut in pictura, qui homini
speciem pingere perdidicerit, posse cum cuiuscuis ue-
formæ, uel ætatis; etiam si non didicerit, pingere
neque esse periculum, qui leonem, aut taurum pin-
gat egregie, ne idem in multis alijs quadrupedibus
facere non possit; neque est omnino ars ulla, in qua
omnia, quæ illa arte effici possunt, à doctore tradantur;
sed qui primarum, & certarum rerum gene-
ra ipsa didicerunt, reliqua per se non incommodè
persequuntur: similiter arbitror in hac siue ratione
siue exercitatione dicendi, qui illam uim adeptus sit
ut eorum mentes, qui aut de rep. aut de ipsius rebus
aut de ijs, contra quos, aut pro quibus dicat, cum
aliqua statuendi potestate audiant, ad suum arbit-
rium mouere possit; hunc de toto illo genere reli-
quarum orationum non plus quasitum esse quid
dicat, quàm Polycletem illum, cum Herculem fin-
gebat, quemadmodum pellem, aut hydræm finge-
ret, etiam si hæc nunquam separatim facere didicis-
set. Tum Catulus. Præclare mihi uideris Antoni po-
uisse ante oculos, quid discere oporteret eum, qui ora-
tor esset futurus; quid, etiam si non didicisset, ex
eo, quod didicisset, assumeret. deduxisti enim totum
hominem in duo solum genera causarum. cætera in



merabilia exercitationi, & similitudini reliquisti. Videto, ne in istis duobus generibus hydra tibi sit, pellis; Hercules autem, & alia opera maiora ne illis rebus, quas pratermittis, relinquuntur. non enim mihi minus operis uidetur de uniuersis generis reorum, quàm de singulorum causis, ac multo maius de natura deorum, quàm de hominibus dicere. Non est ita, inquit Antonius: dicam enim tibi Catule non tam doctus, quàm, id quod est uisus, expertus. Omnium ceterarum rerum orator, mihi crede, ludus est homini non hebeti, neque exercitato, neque conuiniuium literarum, & politis humanitatis experti. in causarum contentione magnum est quoddam opus, atque haud scio an humanis operibus longe maximum: in quibus uis uictoris plerumque ab imperitis exitu, & uictoria indicatur: ubi adest armatus aduersarius, qui sit & uicendus, & repellendus: ubi saepe is, qui rei domini: futurus est, alienus, atque iratus, aut etiam inimicus aduersario, & inimicus tibi est; cum autem doctus is est, aut dedocendus; aut reprimendus, aut castigandus; aut omni ratione ad tempus, ad causam, ad rationem moderandus: in quo saepe beneuolentia ad iram, odium autem ad beneuolentiam deducendum est: qui tanquam machinatione aliqua tum ad seueritatem, tum ad remissionem animi, tum ad tristitiam, tum ad letitiam est contorquendus. omnium sententiarum grauitate, omnium uerborum pondus est utendum. accedat oportet actio uaria, uenerens, plena animi, plena spiritus, plena doloris,



D E O R A T O R E

plena seueritatis. In his operibus si quis illam artem
 comprehenderit, ut tanquam Phidias Mineræ si-
 gnum efficere possit: non sane, quemadmodum in
 clypeo idem ille artifex minora illa opera facere di-
 scat, laborabit. Tum Catulus. Quo ista maiora, ad
 mirabiliora fecisti, eo me maior expectatio tenet, qui-
 busnam rationibus, quibus ue præceptis ea tanta uis
 comparetur: non quo mea quidem iam intersit: (ne-
 que enim ætas id mea desiderat: Et aliud quoddam
 genus dicendi nos secuti sumus: qui nunquam sen-
 tentias de manibus iudicum ui quadam orationis ex-
 torsimus, ac potius placatis eorum animis tantum
 quantum ipsi. patiebantur, accepimus) sed tamen
 ista tua nullum ad usum meum, tantum cognoscen-
 di studio adductus, requiro. Nec mihi opus est Græ-
 co aliquo doctore, qui mihi peruulgata præcepta de-
 cantet; cum ipse nunquam forum, nunquam ullum
 iudicium aspexerit: ut peripateticus ille dicitur Phor-
 mio: cum Annibal Carthagine expulsus Ephesum ad
 Antiochum uenisset exul; proq; eo, quòd eius nomen
 erat magna apud omnes gloria, inuitatus esset ab
 hospitibus suis, ut eum, quem dixi, si uellet, audiret;
 cumq; is se non nolle dixisset: locutus esse dicitur
 homo copiosus aliquot horas de Imperatoris officio, Et
 de omni re militari. tum, cum ceteri, qui illum au-
 dierant, uehementer essent delectati; quærebant ab
 Annibale, quidnam ille ipse de illo philosopho iudica-
 ret. hic Pœnius non optime græce, sed tamen libere
 respondisse fertur: multos se deliros senes sepe ui-
 disse, sed qui magis, quàm Phormio, deliraret, ui-



Te neminem . neque mehercule iniuria . quid enim
 e arrogantius , aut loquacius fieri potuit , quàm
 Annibali , qui tot annos de imperio cum populo Rom.
 minium gentium uictore certasset , Gracum homi-
 nem , qui nunquam hostem , nunquam castra uidis-
 set , nunquam denique minimam partem ullius pu-
 eri muneris attigisset , praecepta de re militari dare ?
 et mihi facere omnes isti , qui de arte dicendi praece-
 unt , uidentur . quod enim ipsi experti non sunt ,
 docent ceteros : sed hoc minus fortasse errant , quòd
 non te , ut Annibalem , sed pueros , aut adolescentu-
 los docere conantur . Erras Catule , inquit Antonius :
 me egomet in multos iam Phormiones incidi . quis
 est istorum Gracorum , qui quenquam nostrum
 aliquidquam intelligere arbitretur ? ac mihi quidem non
 molesti sunt . facile omnes perpetior , et persero .
 non aut aliquid afferunt , quod mihi non displiceat :
 et efficiunt , ut me non didicisse minus poeniteat .
 Nihil autem eos non tam contumeliose , quàm phi-
 lostratum illum Annibal : et eo fortasse plus habeo
 de negotij . sed tamen est eorum doctrina , quan-
 tum ego iudicare possum , perridicula . Diuidunt enim
 eam rem in duas partes , in causae controuersiam ,
 et in quaestionis . Causam appellant rem positam in
 reprobatione rerum , et controuersia : Quaestionem
 rem positam in infinita dubitatione . De cau-
 sa praecepta dant . De altera parte dicendi mirum
 est . Denique quinque faciunt quasi membra
 inuentis : inuenire , quid dicas : inuenta dispo-
 nere : deinde ornare uerbis : post memoria mandare :



(D E O R A T O R E

tum ad extremum agere, ac pronunciare. rem sane non reconditam. quis enim hoc non sua sponte uiderit, neminem posse apte dicere, nisi, & quid diceret, & quibus uerbis, & quo ordine diceret, haberet, & ea meminisset? Atque hæc ego non reprehendo, sed ante oculos posita esse dico, ut eas item quatuor, quinque; sex uel partes, uel etiam septem (quoniam aliter ab alijs digeruntur) in quas est ab his omnis oratio distributa. Iubent enim exordiri ita ut eum, qui audiat, beneuolum nobis faciamus, & docilem, & attentum: Deinde rem narrare ita, ut uerisimilis narratio sit, ut aperta, ut breuis: Post autem diuidere causam, aut proponere; nostra confirmare argumentis, ac rationibus, deinde contraria refutare. Tum autem alij conclusionem orationis, & quasi perorationem collocant. alij iubent, ante quam peroretur, ornandi, aut augendi causa digredi, deinde concludere, ac perorare. ne hæc quidem reprehendo: sunt enim concinne distributa, sed tamen, in quod necesse fuit hominibus expertibus ueritatis, non perire. Quæ enim præcepta principiorum, & narrationum esse uoluerunt, ea in totis orationibus sunt conseruanda. nam & ego mihi beneuolum iudicem facilius facere possum, cum sum in cursu orationis, quàm cum omnia sunt inaudita; docilem autem non cum polliceor me demonstraturum, sed tum, cum doceo, & explano: attentum uero crebro tota actione excitandis mentibus iudicum, non prima denunciatione efficere possumus. Iam uero narrationem quod iubent uerisimilem esse, & apertam, & bre-



im : recte nos admonent . quòd hæc narrationis ma-
 s putant esse propria , quàm totius orationis : ualde
 tibi uidentur errare : omninoq; in hoc omnis est er-
 r , quòd existimant artificium esse hoc quoddam non
 simile cæterorum : cuiusmodi de ipso iure civili he-
 rno die Crassus componi posse dicebat : ut genera-
 rum primum exponerentur ; in quo uitium est , se-
 nus ullum prætermittatur : deinde singulorum ge-
 rum partes ; in quo & deesse aliquam partem , &
 perare , mendosum est : tum uerborum omnium
 finitiones ; in quibus neque abesse quidquam decet ,
 que redundare . Sed hoc si in iure civili , si etiam in
 ruis , aut mediocribus rebus doctores assequi pos-
 ut ; non idem sentio tanta hac in re , tamq; immen-
 posse fieri . sin autem qui arbitrantur , deducendi
 nt ad eos , qui hæc docent : omnia iam explicata , &
 polita assequentur . sunt enim innumerabiles de
 rebus libri , neque abditi , neque obscuri . sed ui-
 nt , quid uelint , ad ludendum ne , an ad pugnan-
 n arma sint sumpturi . aliud enim pugna , &
 es , aliud ludus , campusq; noster desiderat . attæ-
 n ars ipsa ludicra armorum & gladiatori , & mi-
 prodest aliquid : sed animus acer , & præsens , &
 tus idem , atque uersutus inuictos uiros efficit
 & difficilius arte coniuncta . Quare ego tibi orato-
 sic iam institutam , si potuero , ut , quid efficere
 it , ante perspiciam . Sit enim mihi tinctus lite-
 audierit aliquid : legerit : ista ipsa præcepta acce-
 it . tentabo , quid deceat ; quid uoce , quid uiribus ,
 id spiritu , quid lingua efficere possit . Si intelli-



D E O R A T O R E

gam posse ad summos peruenire: non solum hortabor, ut elaboret, sed etiam, si uir quoque mihi bonus uidebitur, obsecrabo. tantum ego in eccellente oratore, & eodem uiro bono pono esse ornamentum uni uersæ ciuitati. Sin uidebitur, cum omnia summa fecerit, tamen ad mediocres oratores esse uenturus: permittam ipsi, quid uelit; molestus magno pere non ero. Sin plane abhorrebit, & erit absurdus: ut se contineat, aut ad aliud studium transferat, admonebo. nam neque is, qui optime potest, deserendus ullo modo est à cohortatione nostra: neque is, qui aliquid potest, deterrendus. quod alterum diuinitatis mihi cuiusdam uidetur: alterum uel non facere, quod non optime possis; uel facere quod non pessime facias, humanitatis. tertium uero illud, clamare contra quàm deceat, & quàm possit, hominis est, ut tu Catule de quodam declamatore dixisti, stultitiæ suæ quamplurimos testes domesticopraconio colligentis. De hoc igitur, qui erit talis, ut cohortandus, adiuuandusq; sit; ita loquamur, ut ei tradamus ea duntaxat, quæ nos usus docuit; ut nobis ducibus ueniat eò, quò sine duce ipsi peruenimus; quoniam meliora docere non possumus. Atque ut à familiari nostro exordiar; hunc ego Catule Sulpicium primum in causa paruula adolescentulum audiui, uoce, & forma, & motu corporis, & reliquis rebus aptum ad hoc munus, de quo querimus; oratione autem celeri, & concitata, quod erat ingenij; & uerbis effervescentibus, & paulo nimium redundantibus, quod erat ætatis. non sum asperna-



: uolo enim se efferat in adolescente facunditas :
 m facilius , sicut in uicibus , reuocantur ea , quæ
 nimium profuderunt , quam , si nihil ualet ma-
 ies , noua sarmenta cultura excitantur : ita uolo
 in adolescente , unde aliquid amputem : non
 m potest in eo esse succus diuturnus , quod nimis
 eriter est maturitatem assecutum . uidi statim in-
 em ; neque dimisi tempus ; & cum sum cohorta-
 , ut forum sibi ludum putaret esse ad discendum ,
 gistrum autem , quem uellet , eligeret , me qui-
 nsi audiret , L. Crassum . quod ille arripuit ; &
 sese facturum confirmauit ; atque etiam addi-
 , gratiæ scilicet causa , me quoque sibi magistrum
 urum . Vix annus intercesserat ab hoc sermone
 orationis meæ , cum iste accusauit C. Norbanum
 endente me . non est credibile , quid interesse mihi
 psum inter eum , qui tumerat , & qui anno ante
 rat . omnino in illud genus eum Crassi magnifi-
 n atque præclarum natura ipsa ducebat : sed ea
 i satis proficere potuisse , nisi eodem studio atque
 ratione intendisset , atque ita dicere consuesset , ut
 t mente Crassum atque omni animo intueretur .
 go hoc sit primum in præceptis meis , ut demonstre-
 s quem imitemur , atque ita , ut , quæ maxime ex-
 ant in eo , quem imitabitur , ea diligentissime per-
 uatur . tum accedat exercitatio , qua illum , quem
 e delegerit , imitando effingat , atque ita exprimat ,
 ut ut multos imitatores sæpe cognoui , qui aut ea ,
 e facilia sunt , aut etiam illa , quæ insignia , ac pene
 iosa , consecrantur imitando . nihil est facilius ,



D E O R A T O R E

quàm amictum imitari alicuius, aut statum, aut motum. si uero etiam uitiosi aliquid est; id sumere, & in eo uitiosum esse, non magnum est; ut ille, qui nunquam etiam amissa uoce furit in rep. Fusius nervos in dicendo C. Fimbriae, quos tamen habuit ille, non assequitur, oris prauitatem, & uerborum latitudinem imitatur: sed tamen ille nec diligere sciuit, cuius potissimum similis esset; & in eo ipso, quem delegerat, imitari etiam uitia uoluit: Qui autem ita facit, ut oportet, primum uigilet necesse est in deligendo, deinde, quem probauit, in eo quæ maxime excellunt, ea diligentissime persequatur. quid enim causa censetis esse, cur ætates extulerint singula singula propria genera dicendi? quod non tam facile in nostris oratoribus possumus iudicare, quia scripta, ex quibus iudicium fieri posset, non multa sane reliquerunt, quàm in Græcis; ex quorum scriptis cuiusque ætatis, quæ dicendi ratio uoluntasq; fuerit, intelligi potest. Antiquissimi fere sunt, quorum quidem scripta constant, Pericles, atque Alcibiades, & eadem ætate Thucydides, subtiles, acuti, breues, sententijs magis, quàm uerbis, abundantes. non potuissent accidere, ut unum esset omnium genus, nisi aliqui sibi proponerent ad imitandum. Consecuti sunt hoc Critias, Theramenes, Lysias. multa Lysia scripta sunt, non nulla Critia: de Theramene audiuius, omnes etiam tum retinebant illum Periclis succum, sed erant paulo uberiore filo. Ecce tibi exortus est Isocrates, magister istorum omnium: cuius è ludo tanquam ex equo Troiano innumeri principes exierunt.



eorum partim in pompa, partim in acie illustres
 uoluerunt. itaque & illi Theopompus, Ephorus;
 Nilisus, Naucrates, multiq; alij naturis differunt;
 duntaxat autem similes sunt inter sese, & magi-
 s: & ij, qui se ad causas contulerunt, ut Demo-
 enes, Hyperides, Lycurgus, Aeschines, Dynar-
 us, alijq; complures, etsi inter se pares non fue-
 nt, tamen sunt omnes in eodem ueritatis imitan-
 genere uersati: quorum quandiu mansit imita-
 , tandiu genus illud dicendi, studiumq; uixit:
 itaque, extinctis his, omnis eorum memoria sen-
 i obscurata est & euanuit, alia quadam dicendi
 illiora ac remissiora genera uiguerunt. inde De-
 ichares, quem aiunt sororis filium fuisse Demo-
 enis, tum Phalereus ille Demetrius, omnium isto-
 n mea sententia politissimus, alijq; eorum similes
 iterunt. quæ si uolumus usque ad hoc tempus
 sequi, intelligemus, ut hodie Alabandensem il-
 i Meneblem, & eius fratrem Hieroclem, quos
 audiui, tota imitetur Asia, sic semper fuisse ali-
 um, cuius se similes plerique esse uellent. hanc
 ur similitudinem qui imitatione assequi uolet,
 n exercitationibus crebris, atque magnis, tum scri-
 do maxime persequatur. quod si noster Sulpicius
 eret, multo eius oratio esset pressior: in qua nunc
 rdum, ut in herbis rustici solent dicere, in sum-
 ubertate inest luxuries quadam, quæ stylo de-
 cenda est. Hic Sulpicius, Me quidem, inquit,
 e mones; idq; mihi gratum est: sed ne te quidem
 toni multum scripsitasse arbitror. Tum ille

D E O R A T O R E

Quasi uero, inquit, non ea precipiam alijs, quae mihi ipsi desunt. sed tamen ne tabulas quidem considerare existimor: uerum & in hoc ex re familiari mea, & in illo ex eo, quod dico, quantulum idcunq; est, quid faciam iudicari potest. Atque esse tamen multos uidemus, qui neminem imitentur, & suapte natura, quod uelint, sine cuiusquam similitudine consequantur. quod & in uobis animaduerti recte potest Caesar, & Cotta: quorum alter inusitatum quidem nostris oratoribus leporem quendam & salem, alter acutissimum, & subtilissimum dicendi genus est consecutus. Neque uero uester aequalis Curio, patre mea sententia uel eloquentissimo temporibus illis, quenquam mihi magnopere uidetur imitari, qui tamen uerborum grauitate, & elegancia, & copia suam quandam expressit quasi formam figuramq; dicendi: quod ego maxime potui iudicare in ea causa, quam ille contra me apud Centum uiros pro fratribus Cossis dixit. in qua nihil illi defuit, quod non modo copiosus, sed etiam sapiens orator habere deberet. Verum ut aliquando ad causas deducamus illum, quem constituimus, & eas quidem, in quibus plusculum negotij est, iudiciorum atque litium, (riserit aliquis fortasse hoc praecipuum: est enim non tam acutum, quam necessarium, magisq; monitoris non fatui, quam eruditissimi magistri) hoc enim primum precipiemus, quascunq; causas erit acturus, ut eas diligenter penitusq; cognoscat. hoc in ludo non precipitur: faciles enim cause ad pueros deferuntur. Lex peregrinum uerum



murum ascendere: ascendit, hōstes repulit, acu-
 pr. nihil est negotij huiusmodi causam cognosce-
 re. igitur de causa discenda precipiunt. hæc est
 in ludo causarum fere formula. at uero in foro
 ula, testimonia, pacta, conuenta, stipulationes,
 nationes, affinitates, decreta, responsa, uita deni-
 eorum, qui in causa uersantur, tota cognoscenda
 quarum rerum negligentia plerasque causas, et
 xime priuatas, (sunt enim multo saepe obscurio-
) uidentur amitti. ita nonnulli, dum operam suam
 lti aestimari uolunt, ut toto foro uolitare, et à
 isa ad causam ire uideantur, causas dicunt inco-
 tas. In quo est illa quidem magna offensio, uel ne-
 rentie, susceptis rebus; uel perfidiæ, receptis: sed
 in illa maior opinione, quòd nemo potest de ea re,
 um non nouit, non turpissime dicere. ita dum
 rtia uituperationem, quæ maior est, contemunt,
 quuntur etiam illam, quam magis ipsi fugiunt,
 litatis. Equidem soleo dare operam, ut de sua
 sque re me ipse doceat; et ut ne quis alius adsit,
 liberius loquatur; et agere aduersarij causam,
 ille agat suam, et, quidquid de sua re cogitarit,
 uedium proferat. itaque cum ille discessit, tres
 ionas unus sustineo summa animi æquitate,
 um, aduersarij, iudicis. qui locus est talis, ut plus
 ceat adiumenti, quàm incommodi, hunc iudico
 dicendum. ubi plus mali, quàm boni, reperio, id
 m abiudico, atque reijcio. ita assequor, ut alio
 bore cogitem quid dicam, et alio dicam: quæ duo
 que ingenio freti simul faciunt: sed certe ijdem



D E O R A T O R E

illi melius aliquanto dicerent, si aliud sumendum sibi tempus ad cogitandum, aliud ad dicendum putarent. Cum rem peritus causamque cognoui, statim occurrit animo quæ sit causa ambigui. nihil est enim quod inter homines ambigatur, siue ex crimine causa constet, ut facinoris; siue ex controuersia, ut hereditatis; siue ex deliberatione, ut belli; siue ex persona, ut laudis; siue ex disputatione, ut de ratione uiuendi; in quo non, aut quid factum sit, aut factum futurumue sit, queratur, aut quale sit, aut qui uocetur. Ac nostræ fere causæ, quæ quidem sunt criminum, plerumque inficiatione defenduntur. nam & de pecunijs repetundis, quæ maxima sunt neganda fere sunt omnia: & de ambitu raro illud datur, ut possis liberalitatem, ac benignitatem ab ambitu, atque largitione seiungere: de sicarijs, de ueneficijs, de peculatu inficiari necesse est. Id est igitur genus primum causarum in iudicijs ex controuersia facti; in deliberationibus plerumque ex futuro, raro etiam ex instanti, aut facti. Sæpe autem, res non sit, nec ne, sed qualis sit, queritur, ut cum L. Opimij causam defendebat apud populum, audiente me, C. Carbo consul, nihil de C. Gracchi nece negabat, sed id iure pro salute patriæ factum esse dicebat: ut eidem Carboni Tribuno plebaliatum mente remp. capeffenti P. Africanus de Ti. Graccho interroganti responderat, iure casum uideri. Iure autem omnia defenduntur: quæ sunt eius generis, ut aut oportuerit, aut licuerit, aut necesse fuerit, aut imprudentia, aut casu facta esse ui-



ntur. Iam quid uocetur quæritur, cum, quo
 po quid appellandum sit, contenditur: ut mihi
 cum hoc Sulpicio fuit in Norbani causa summa
 entio: pleraque enim de ijs, quæ ab isto obijcie-
 tur, cum confiterer, tamen ab illo maiestatem
 iuriam negabam: ex quo uerbo lege Apuleia
 illa causa pendebat. Atque in hoc genere causa-
 nonnulli præcipiunt, ut uerbum illud, quod
 sam facit, lucide, breuiter uterque definiat. quod
 i quidem perquam puerile uideri solet. alia est
 n, cum inter doctos homines de ijs ipsis rebus,
 uersantur in artibus, disputatur, uerborum
 uitio: ut cum quæritur quid sit ars, quid sit lex,
 sit ciuitas. In quibus hoc præcipit ratio atque
 rina, ut uis eius rei, quam definias, sic expri-
 ur, ut neque absit quidquam, neque supersit.
 quidem in illa causa neque Sulpicius fecit, ne-
 ego facere conatus sum. nam quantum uter-
 nostrum potuit, omni copia dicendi dilatauit,
 esset maiestatem minuere. Etenim definitio pri-
 reprehenso uerbo uno, aut addito, aut dem-
 ape extorquetur è manibus: deinde genere ipso
 inam reducet, exercitationemq; pene puerilem:
 in sensum in mentem iudicis intrare non
 : ante enim præterlabitur, quàm percepta est.
 e eo genere, in quo, quale sit quid, ambigitur,
 etiam ex scripti interpretatione saepe contentio:
 o nulla potest esse nisi ex ambiguo controuer-
 am illud ipsum, cum scriptum à sententia
 pat, genus quoddam habet ambigui: quod

D E O R A T O R E

rum explicatur, cum ea uerba, quæ desunt, suggesta
 sta sunt; quibus additis, defenditur sententiam scri-
 pti perspicuam fuisse: & ex contrarijs scriptis
 quid ambigitur, non nouum genus nascitur, sed su-
 perioris generis causa duplicatur. itaque aut nunquam
 quam diiudicari poterit, aut ita diiudicabitur, et
 referendis præteritis uerbis id scriptum, quodcunque
 defendimus, suppleatur. ita fit, ut unum genus
 in ijs causis, quæ propter scriptum ambiguntur, re-
 linquatur, si est scriptum aliquid ambiguum. Ambiguum
 quorum autem cum plura genera sunt, quæ magis
 uidentur ij melius nosse, qui dialectici appellantur,
 ij autem nostri ignorare, qui non minus nosse debent
 ant: tum illud est frequentissimum in omni consuetu-
 tudine uel sermonis, uel scripti, cum iccirco aliquid
 ambigitur, quod aut uerbum, aut uerba sint præ-
 termissa. Iterum autem peccant, cum genus huius
 causarum, quod in scripti interpretatione uersatur,
 ab illis causis, in quibus, qualis quæque res sit, dis-
 ceptatur, seiungunt: nusquam enim tam querimus
 quale sit genus ipsum rei, quam in scripto, quod
 totum à facti controuersia separatum est. Ita enim
 sunt omnino genera, quæ in disceptationem & con-
 trouersiam cadere possunt, quid fiat, factum, futu-
 rum uel sit, aut quale sit, aut quo modo nomi-
 netur. nam & illud quidem, quod quidam Græci ad-
 iungunt, rectène factum sit, totum in eo est, quod
 quale sit, querimus. Sed iam ad institutum reuer-
 tar meum. Cum igitur, accepto causæ genere & a-
 gnito, rem tractare cœpi, nihil prius conuictio, quæ
 quid



Et sic illud, quò mihi referenda sit omnis illa ora-
 qua sit propria quaestioni & iudicij: deinde illa
 diligentissime considero; quorum alterum com-
 mationem habet nostram, aut eorum, quos de-
 dimus; alterum est accommodatum ad eorum ani-
 ms, apud quos dicimus, ad id, quod uolumus, com-
 uendos. Ita ratio omnis dicendi tribus ad persua-
 dum rebus est nixa; ut probemus uera esse ea,
 defendimus; ut conciliemus nobis eos, qui audi-
 ut animos eorum ad quencunque causa postu-
 it motum uocemus. Ad probandum autem duplex
 oratori subiecta materies: una rerum earum,
 non excogitantur ab oratore, sed in re positæ ra-
 e tractantur, ut tabulae, testimonia, pacta, con-
 ta, quaestiones, leges, senatusconsulta, res iudi-
 z, decreta, responsa, & reliqua, si quæ sunt;
 non ab oratore pariuntur, sed ad oratorem à
 sa, atque à reis deferuntur. altera est, quæ tota in
 utatione & argumentatione oratoris collocata est.
 in superiore genere de tractandis argumentis, in
 autem etiam de inueniendis cogitandum est. At-
 isti quidem, qui docent, cum causas in plura ge-
 ra seuerunt, singulis generibus argumentorum co-
 in suggerunt. quod etsi ad instituendos adolescen-
 s magis aptum est, ut, simul ac posita sit cau-
 habeant quò se referant, unde statim expedita
 unt argumenta depromere: tamen & tardi inge-
 est, riuulos consectari, fontes rerum non uidere:
 iam atatis est ususq; nostri, à capite, quod ue-
 us, arcessere, & unde omnia manant, uide-



D E O R A T O R E

re . Et primum genus illud earum rerum , quae ad oratorem deferuntur , meditatum nobis in perpetuum ad omnem usum similium rerum esse debet . nam pro tabulis , & contra tabulas , & pro testibus , & contra testes , pro quaestionibus , & contra quaestiones , & item de caeteris rebus eiusdem generis , uel separatim dicere solemus de genere uniuerso , uel definite de singulis temporibus , hominibus , causis . quos quidem locos (uobis hoc Cotta , & Sulpici dico) multa commentatione , atque meditatione paratos atque expeditos habere debetis . longum enim nunc me explicare , qua ratione aut confirmare , aut infirmare testes , tabulas , quaestiones oporteat : haec sunt omnia ingenij uel mediocris , exercitationis autem maximae : artem quidem & praecipua duntaxat haecenus requirunt , ut certis dicendi luminibus orientur . itemq; illa , quae sunt alterius generis , quae tota ab oratore pariuntur , excogitationem non habent difficilem , explicationem magis illustrem perpolitamq; desiderant . itaque cum haec duo nobis quaerenda sint in causis , primum quid , deinde quomodo dicamus : alterum , quod totum arte tinctum uidetur , tamen si artem requirit , tamen prudentia est pene mediocris , quid dicendum sit , uidere ; alterum est , in quo oratoris uis illa diuina uirtusq; cernitur , ea , quae dicenda sunt , ornate , copiose , uarieq; dicere , quare illam partem superiorem , quoniam semel ita uobis placuit , non recusabo quominus perpoliam , atque conficiam ; (quantum consequar , uos iudicabitis) quibus ex locis ad eas tres res ,



ad fidem faciendam sola ualent, ducatur ora-
 ut & concilientur animi, & doceantur, & mo-
 ntur. hæc sunt enim tria. ea uero quemadmo-
 n illustrentur, præsto est qui omnes docere pos-
 qui hoc primus in nostros mores induxit, qui
 time auxit, qui solus effecit. nanque ego Catule
 ram enim non reuerens assentandi suspicionem)
 uinem esse oratorem paulo illustriorem arbitror,
 ue Gracum, neque Latinum, quem atas nostra
 rit, quem non & sepe, & diligenter audierim.
 ue si quid est in me, quod iam sperare uideor,
 niam quidem uos his ingenijs homines tantum
 ra mihi ad audiendum datis, ex eo est, quòd ni-
 quisquam unquam me audiente egit orator, quod
 in memoria mea penitus insederit. Atque ego is
 sum, quantuscunque sum ad iudicandum, om-
 us auditis oratoribus, sine ulla dubitatione sic sta-
 & iudico, neminem omnium tot, & tanta,
 nta sunt in Crasso, habuisse ornamenta dicendi.
 amobrem si uos quoque hoc idem existimatis,
 erit, ut opinor, iniqua partitio, si, cum ego
 te oratorem, quem nunc fingo, ut institui, crea-
 dalucro, confirmaro, tradam cum Crasso & ue-
 hdum, & ornandum. Tum Crassus, Tu uero,
 uit, Antoni perge, ut instituisti. neque enim bo-
 st, neque liberalis parentis, quem procrearit, &
 xerit, eum non & uestire, & ornare, præfer-
 cum te locupletem esse negare non possis. quod
 m ornamentum, quæ uis, qui animus, quæ di-
 tas illi oratori defuit, qui in causa peroranda non



D E O R A T O R E

dubitauit excitare reum consularem, & eius dilori-
 care tunicam, & iudicibus cicatrices aduersas senis
 Imperatoris ostendere? qui idem, hoc accusante Sulpi-
 cio, cum hominem seditiosum furiosumq; defenderet,
 non dubitauit seditiones ipsas ornare, ac demon-
 strare grauissimis uerbis multos saepe impetus populi
 non iniustos esse, quos prestare nemo possit; multas
 etiam è rep. seditiones saepe esse factas, ut cum reges
 essent exacti, ut cum tribunitia potestas esset consti-
 tuta; illam Norbani seditionem ex luctu ciuium, &
 ex Cœpionis odio, qui exercitum amiserat, neque re-
 primi potuisse, & iure esse constatam. potuit hic lo-
 cus tam anceps, tam inauditus, tam lubricus, tam
 nouus, sine quamdam incredibili ui, ac facultate di-
 cendi tractari? Quid ego de Cn. Manlij, quid de Q.
 Regis commiseratione dicam? quid de alijs innume-
 rabilibus? in quibus hoc non maxime enituit, quod
 tibi omnes dant, acumen quoddam singulare; sed
 hæc ipsa, quæ nunc ad me delegare uis, ea sem-
 per in te eximia & præstantia fuerunt. Tum Ca-
 tulus, Ego uero, inquit, in uobis hoc maxime ad-
 mirari soleo, quòd, cum inter uos in dicendo dissimili-
 limi sitis, ita tamen uterque uestrum dicat, ut ei ni-
 hil neque à natura denegatum, neque à doctrina
 non delatum esse uideatur. quare Crasse neque tu-
 tua suauitate nos priuabis, ut, si quid ab Antonio
 aut prætermisum, aut relictum sit, non explices:
 neque te Antoni, si quid non dixeris, existimabi-
 mus non potuisse potius, quàm à Crasso dici ma-
 luisse. Hic Crassus, Quin tu, inquit, Antoni, omit-



ista, quæ proposuisti, quæ nemo horum desi-
 dat, quibus ex locis ea, quæ dicenda sint in cau-
 sâ, reperiantur: quæ quanquam abs te nouo quo-
 modo, præclareq; dicuntur, sunt tamen & re-
 uerentiora, & præceptis peruagata. illa deprome no-
 unde afferas, quæ sæpissime tractas, semperq;
 uinitus. Depromam equidem, inquit Antonius;
 sed, quo facilius id a te exigam quod peto, nihil ti-
 mi me postulanti recusabo. Meæ totius orationis,
 istius ipsius in dicendo facultatis, quam modo
 expressus in cælum uerbis extulit, tres sunt rationes,
 ante dixi, una conciliandorum hominum, altera
 defendendorum, tertia concitandorum. Harum trium
 virtutum prima lenitatem orationis, secunda acu-
 rritatem, tertia uim desiderat. nam hoc necesse est, ut
 qui nobis causam adiudicaturus sit, aut incli-
 natione uoluntatis propendeat in nos, aut defensio-
 nis argumentis adducatur, aut animi permotione
 uentur. sed quoniam illa pars, in qua rerum ipsa-
 rum explicatio, ac defensio posita est, uidetur omnem
 huius generis quasi doctrinam continere: de ea pri-
 mo loquemur, & pauca dicemus: pauca enim
 sunt, quæ usu iam tractata, & animo quasi habe-
 motata uideamur. Ac tibi sapienter monenti
 Crasse libenter assentiemur, ut singularum cau-
 sarum defensiones, quas solent magistri pueris tra-
 ctare, relinquamus; aperiamus autem ea capita,
 in quibus omnis ad omnem & causam & orationem
 uentatio ducitur. neque enim, quoties uerbum ali-
 quod est scribendum nobis, toties eius uerbi literæ



sunt cogitatione conquirenda: nec, quoties causa di-
 cenda est, toties ad eius causæ seposita argumenta re-
 uolui nos oportet, sed habere certos locos, qui, ut li-
 teræ ad uerbum scribendum, sic illi ad causam ex-
 plicandam statim occurrant. sed hi loci ei denuum or-
 ratori prodesse possunt, qui est uersatus in rebus
 uel usu, quem ætas denique affert, uel audicione, et
 cogitatione, quæ studio et diligentia præcurrit æta-
 tem. nam si tu mihi quamuis eruditum hominem
 adduxeris, quamuis acrem et acutum in cogitan-
 do, quamuis ad pronuntiandum expeditum, si er-
 idem in consuetudine ciuitatis, in exemplis, in insti-
 tutis, in moribus, ac uoluntatibus ciuium suorum ho-
 spes, non multum ei loci proderunt illi, ex quibus
 argumenta promuntur. subactò mihi ingenio opor-
 tet, ut agro non semel arato, sed nouato et iterato,
 quo meliores factus possit et grandiores edere. sub-
 actio autem est usus, auditio, lectio, literæ. Ac pri-
 mum naturam causæ uideat, quæ nunquam lateat
 factum ne sit, quaratur, an quale sit, an quod no-
 men habeat: quo perspecto, statim occurrunt natura-
 quadam prudentia, non ijs subductionibus, quæ
 isti docent, quid faciat causam, id est, quo sub-
 controuersia stare non possit: deinde quid ueniat in
 iudicium: quod isti sic iubent querere: interfecit
 Opimius Gracchum: quid facit causam? quòd reip.
 causa, cum ex S. C. ad arma uocasset: hoc tolle, cau-
 sa non erit. At id ipsum negat contra leges licuisse
 Decius. Veniet igitur in iudicium, licuerit ne ex
 S. C. seruanda reip. causa, Perspicua sunt hac qui-



n, & in uulgari prudentia sita, sed illa quæren-
 , quæ ab accusatore & defensore argumenta, ad
 quod in iudicium uenit, spectantia, debeant af-
 ri. Atque hic illud uidendum est, in quo summus
 error istorum magistrorum, ad quos liberos nostros
 titimus: non quo hoc quidem ad dicendum magno-
 re pertineat, sed tamen ut uideatis, quàm sit ge-
 s hoc eorum, qui sibi eruditi uidentur, hebes at-
 e impolitum. Constituunt enim in partiendis ora-
 rum modis duo genera causarum. unum appel-
 it, in quo sine personis, atque temporibus de uni-
 rso genere quærat: alterum, quod personis cer-
 , & temporibus definiatur: ignari omnes contro-
 rias ad uniuersi generis uim, & naturam referri-
 m in ea ipsa causa, de qua ante dixi, nihil perti-
 ad oratoris locos Opimij persona, nihil Decij. de
 o enim uniuerso genere infinita quæstio est; num
 na uideatur esse afficiendus, qui ciuem ex S. C.
 iriæ conseruandæ causa interemerit, cum id per
 is non liceret. Nulla denique est causa, in qua id,
 bd in iudicium uenit, ex reorum personis, ac non
 rerum ipsorum uniuersa disputatione quærat.
 um etiam in ijs ipsis, ubi de factò ambigitur,
 erit ne contra leges pecunias P. Decius, argumen-
 & criminum & defensionis reuocentur oportet
 igemis, & ad naturam uniuersam; quòd sum-
 osus, de luxuria; quòd alieni appetens, de aua-
 a; quòd seditiosus, de turbulentis & malis ciui-
 , quòd à multis arguitur, de genere testium:
 traq; quæ pro reo dicentur, omnia necessario à



D E O R A T O R E

tempore atque homine ad communes rerum & generum
 summas reuoluentur. Atque hæc forsitan homi-
 ni non omnia, quæ sunt in natura rerum, celeriter
 ser animo comprehendenti, permulta uideantur, quæ
 ueniant in iudicium tum, cum de facto queratur
 sed tamen criminum est multitudo, non defensionum
 aut locorum, infinita. Quæ uero, cum de facto non
 ambigitur, queruntur qualia sint; ea, si ex rebus
 meres, & innumerabilia sunt, & obscura; si ex re-
 bus, ualde & modica, & illustra. nam si Man-
 cini causam in uno Mancino ponimus; quotiescum-
 que is, quem Paterpatratus dediderit, receptus non
 erit, toties causa noua nascetur. sin illa controversa
 causam facit, uideatur ne ei, quem Paterpatratus
 dediderit, si is non sit receptus, postliminium esse:
 nihil ad artem dicendi, nec ad argumenta defensionis
 Mancini nomen pertinet. ac si quid affert præterea
 hominis aut dignitas, aut indignitas; extra quæstio-
 nem est; & ea tamen ipsa oratio ad uniuersi generis
 disputationem referatur necesse est. Hæc ego non eo
 consilio disputo, ut homines eruditos redarguam;
 quanquam reprehendendi sunt, qui in genere defi-
 niendo istas causas describunt in personis, & in tem-
 poribus positas esse. nam etsi incurrunt tempora &
 personæ: tamen intelligendum est, non ex ijs, sed
 ex genere quæstionis pendere causas. sed hoc nihil ad
 me. nullum enim nobis certamen cum istis esse de-
 bet. tantum satis est intelligi, ne hoc quidem eos con-
 secutos. quod in tanto otio etiam sine hac forensi exer-
 citatione efficere potuerunt, ut genera rerum dissecta



me, eaq; paulo subtilius explicarent. uerum hoc,
 dixi, nihil ad me. illud ad me, ac multo etiam
 uis ad uos Cotta noster, & Sulpici: quo modo nunc
 horum artes habent, pertimescenda est multitu-
 causarum: est enim infinita. Si in personis poni-
 tur, quot homines, tot causæ: sin ad generum uni-
 versas quæstiones referuntur, ita modicæ, & pau-
 sunt, ut omnes eas diligentes, & memores, &
 ij oratores percursas animo, & prope decantatas
 ere debeant. nisi forte existimatis à Manio Curio
 sam didicisse L. Crassum, & ea re multum attu-
 , quamobrem posthumo non nato Curium tamen
 edem Coponij esse oporteret. nihil ad copiam ar-
 nemorum, neque ad causæ uim ac naturam no-
 Coponij, ac Curij pertinuit. in genere erant uni-
 o rei negotijq;, non in tempore ac nominibus om-
 quæstio; cum scriptum ita sit; Si mihi filius gi-
 ur, isq; prius moritur, & cætera, tum ut mi-
 lle sit hæres; si natus filius non sit, uideatur ne-
 qui filio mortuo institutus hæres sit hæres esse.
 retui iuris, & uniuersi generis quæstio non ho-
 um nomina, sed rationem dicendi, & argumen-
 um fontes desiderat. in quo etiam isti nos iuris-
 iulti impediunt, à discendoq; deterrent. uideo,
 n in Catonis, & Bruti libris nominatim fere refer-
 quid alicui de iure uiro, aut mulieri responderint:
 o ut putaremus, in hominibus, non in re, consul-
 nis, aut dubitationis causam aliquam fuisse;
 quòd homines essent innumerabiles, debilitati à
 cognoscendo uoluntatem discendi simul cum spe.



perdiscendi abijceremus. Sed hæc Crassus aliquando nobis expediet, & exponet descripta generatim. Quod enim, ne forte nescias, heri nobis ille hoc Catule pollicitus, se ius civile, quod nunc diffusum & dissipatum est, in certa genera coacturum, & ad artem facile redacturum. Et quidem, inquit Catulus, haudquaquam est difficile Crasse; qui & quod disci potuit de iure, didicit; & quod ijs, qui eum docuerunt, defuit, ipse afferet; ut, quæ sint in iure, acute describere, uel ornate illustrare possit. ergo ista, inquit Antonius, tum à Crasso discemus, cum se de turba, & à subsellijs in otium, ut cogitat, solitudinemq; contulerit. Iam id quidem sæpe, inquit Catulus, ex eo audiui; cum diceret sibi, certum esse à iudicijs, causisq; discedere: sed, ut ipsi soleo dicere non licebit: neque enim ipse auxilium suum sæpe uiris bonis frustra implorari patietur: neque id equo animo feret ciuitas: quæ si uoce L. Crassi carebit, ornamento quodam sese spoliatam putabit. Nam hercule, inquit Antonius, si hæc uere à Catulo dicta sunt, tibi mecum in eodem est pistrino Crasse uiuendum: & istam oscitantem, & dormitantem sapientiam, Scæuolarum, & cæterorum beatorum otio concedamus. Arrisit hic Crassus leuiter, & Perrexe modo, inquit, Antoni, quod exorsus es: me tamen ista oscitans sapientia, simul atque ad eam confugero, in libertatem uindicabit. Huius quidem loci, quem modo sum exorsus, hic est finis, inquit Antonius: quoniam intelligitur, non in hominum innumerabilibus personis, neque in infinita temporum uari-



tate, sed in generum causis atque naturis omnia
 esse, quæ in dubium uocarentur; genera autem
 è definita non solum numero, sed etiam paucitate;
 eam materiem orationis, quæ cuiusque esset ge-
 nis, studiosi qui essent dicendi, omnibus locis de-
 scriptam, instructam, ornatamq; comprehenderent,
 nus dico, & sententijs. Ea uero sua uerba parient:
 æ semper satis ornata mihi quidem uideri solent, si
 smodi sunt, ut ea res ipsa peperisse uideatur. Ac
 rerum queritis, quod mihi quidem uideatur: (ni-
 enim aliud affirmare possum, nisi sententiam &
 uionem meam) hoc instrumentum causarum, &
 rerum uniuersorum in forum deferre debemus,
 que, ut quæque res delata ad nos erit, tum deni-
 e scrutari locos, ex quibus argumenta eruamus:
 æ quidem omnibus, qui ea mediocriter modo consi-
 tarint, studio adhibito, & usu, pertractata esse
 sunt. sed tamen animus referendus est ad ea ca-
 a, & ad illos, quos sæpe iam appellauimus, locos, ex
 ibus omnia ad omnem orationem inuenta ducun-
 . Atque hoc totum est siue artis, siue animaduer-
 ris, siue consuetudinis, nosse regiones, intra quas
 ere; ut peruestiges, quod quæras. Vbi eum lo-
 n omnem cogitatione se pseris, si modo usum rerum
 callueris, nihil te effugiet, atque omne, quod erit
 re, occurret, atque incidet. Et sic cum ad inue-
 ndum in dicendo tria sint, acumen, deinde ratio,
 um licet, si uolumus, appellemus artem, tertium
 gentia; non possum equidem non ingenio pri-
 s concedere; sed tamen ipsum ingenium diligentia



D E O R A T O R E

etiam ex tarditate incitat. Diligentia, inquam, cum
 omnibus in rebus, tum in causis defendendis plurimum
 ualeat. hæc præcipue colenda est nobis, hæc semper
 per adhibenda: hæc, nihil est, quod non assequatur
 causa ut penitus, quod initio dixi, nota sit, diligenti-
 tia est. ut aduersarium attente audiamus, atque uerba
 eius non solum sententias, sed etiam uerba omnia exci-
 cipiamus; uultus denique perspiciamus omnes, qui
 sensus animi plerunque indicant; diligentia est. id est
 men dissimulanter facere, ne sibi ille aliquid proficere
 uideatur, prudentia est. Deinde, ut in ijs locis, quod
 proponam paulo post, peruoluatur animus, ut sit
 penitus insinuet in causam, ut sit cura & cogitatio
 ne intentus, diligentia est. ut his rebus adhibeat
 tanquam lumen aliquod, memoriam, ut uocem, ut
 uires, hæc magna sunt. Inter ingenium quidem, &
 diligentiam perpaululum loci reliquum est arti. arti
 demonstrat tantum ubi quæras, atque ubi sit illud
 quod studeas inuenire. reliqua sunt in cura, atten-
 tione animi, cogitatione, uigilantia, assiduitate, la-
 bore, complectar uno uerbo, quo sæpe iam usi sumus,
 diligentia; qua una uirtute omnes uirtutes relique
 continentur. Nam orationis quidem copia uidemus
 ut abundant philosophi, qui, ut opinor, (sed tu hæc
 Catule melius) nulla dant præcepta dicendi, nec
 ideo minus, quæcunque res proposita est, susci-
 piunt, de qua copiose & abundanter loquantur.
 Tum Catulus, Est, inquit, ut dicis, Antoni, ut
 plerique philosophi nulla tradant præcepta dicendi,
 & habeant paratum tamen quid de quaque re di-



t. Sed Aristoteles, is, quem maxime ego admittit, proposuit quosdam locos, ex quibus omnis argumentatio non modo ad philosophorum disputationem, sed etiam ad hanc, qua in causis utimur, iniretur. à quo quidem homine iandudum Antoni aberrat oratio tua: siue tu similitudine illius dilingeni in eadem incurris uestigia: siue etiam ipsa legisti atque didicisti: quod quidem mihi tuis uerisimile uidetur: plus enim te operæ Græcis esse rebus uideo, quàm putaram. Tum ille, Veni, inquit, ex me audies Catule. semper ego existimaui iucundiorē & probabiliorem huic populo fore, qui primum quamminimam artificij uisus, deinde nullam Græcarum rerum significatorem daret. atque ego idem existimaui, peccatis esse non hominis, cum tantas res Græci suscipere, scirent, agerent, seseq; & uidendi res obscuras, & bene uiuendi, & copiose dicendi rationibus hominibus duros pollicerentur, non ad mouerem; & si palam audire eos non auderes, ne mireres apud tuos ciues auctoritatem tuam, subaudiendo tamen excipere uoces eorum, & procul, & narrarent, attendere: itaq; feci, Catule, & eorum omnium summam causas, & genera ipsa tui. Valde hercule, inquit Catulus, timide, quam ad aliquem libidinis scopulum, sic tuam mentem ad philosophiam appulisti: quam hac ciuitas ornata nunquam est. nam & referta quondam sententia Pythagoreorum fuit, tum, cum erat in hac gentem magna Græcia; ex quo etiam quidam Numam



D E O R A T O R E

Pompilium regem nostrum fuisse Pythagoreum ferunt, qui annis permultis ante fuit, quam ipse Pythagoras; quo etiam maior uir habendus est, cum illam sapientiam constituenda civitatis duobus prope seculis ante cognouit, quam eam Græci natam esse senserunt: & certe non tulit ullos hæc ciuitas aut gloria clariores, aut auctoritate grauiores, aut humanitate politiores P. Africano, C. Lelio, L. Furio, qui secum eruditissimos homines ex Græcia palam semper habuerunt. Atque ego ex istis saepe audiui cum dicerent, pergratum Athenienses & sibi fecisse, & multis principibus ciuitatis, quod, cum ad senatum legatos de suis maximis rebus mitterent, tribus illius ætatis nobilissimos philosophos misissent, Carneadem, & Critolaum, & Diogenem: itaque eos dum Romæ essent, & à se, & ab alijs frequenter auditos. quos tu cum haberes auctores Antoni, miror cur philosophie, sicut Zethus ille Pacuianus, prope bellum indixeris. Minime, inquit Antonius, ac sic decreui philosophari potius, ut Neoptolemus apud Ennium, paucis. nam, omnino, haud placet. Sed tamen hæc est mea sententia, quam uidebar exposuisse. ego ista studia non improbo, moderata modo sint: opinionem istorum studiorum, & sufficionem artificij apud eos, qui res iudicent, oratori aduersariam esse arbitror: imminuit enim & oratoris auctoritatem, & orationis fidem. Sed ut eò reuocetur, unde huc declinauit oratio; ex tribus istis clarissimis philosophis, quos Romam uenisse dixisti, uides ne Diogenem fuisse, qui diceret, artem se trade-



iene differendi , & uera , ac falsa dijudicandi ,
in uerbo Græco Διαλεκτικὴν appellaret ? In hac
ars , si modo est hæc ars , nullum est præceptum , quo
modo uerum inueniatur ; sed tantum est , quo modo
reteretur . nam & omne , quod eloquimur , sic ut
fuisse dicimus id , aut non esse ; & si simpliciter di-
ctum sit , suscipiunt dialectici , ut iudicent uerum ne
non falsum ; & si coniuncte sit elatum , & ad-
iuncta sint alia , iudicent rectè ne adiuncta sint , &
in fine summa sit uniuersusque rationis : & ad-
eum enim ipsi se compungunt suis acuminibus , &
in ea quærendo reperiunt , non modo ea , quæ iam
possint ipsi dissoluere , sed etiam quibus ante ex-
hibita , & potius detexta prope retextantur . Hic nos
Stoicus iste nihil adiunxerat , quoniam , quemad-
modum inueniam quid dicam , non docet : atque
etiam impedit ; quòd & multa reperit , quæ
nullo modo posse dissolui ; & genus sermonis
ne non liquidum , non fuscum ac profluens , sed
aridum , concisum , ac minutum : quod si quis
habebit , ita probabit , ut oratori tamen aptum non
fateatur . hæc enim nostra oratio multitudinis
auribus accommodanda , ad oblectandos animos ,
impellendos , ad ea probanda , quæ non artificis
opera , sed quadam populari trutina examinan-
da ; quare istam artem totam dimittamus , quæ in
uitandis argumentis muta nimium est , in iudi-
candis nimium loquax . Critolaum istum , quem si-
cum Diogene uenisse commemoras , puto plus
in studio nostro prodesse potuisse . erat enim ab ista



D E O R A T O R E

Aristotele, à cuius inuentis tibi ego uideor non longe aberrare. atque inter hunc Aristotelem, cuius & illum legi librum, in quo exposuit dicendi artes omnium superiorum, & illos, in quibus ipse sua quaedam de eadem arte dixit, & hos germanos huius artis magistros hoc mihi uisum est interesse, quòd illi eadem acie mentis, qua rerum omnium uim naturamq; uiderat, hæc quoque aspexit, quæ ad dicendam artem, quam ille despiciebat, pertinebant: illi autem qui hoc solum colendum ducebant, habitauerunt in hac una ratione tractanda, non eadem prudentia, quam ille, sed usui in hoc uno genere studioq; maiore. Carneadis uero uis incredibilis illa dicendi, & uarietas perquam esset optanda nobis; qui nullam unquam illis suis disputationibus rem defendit, quam non probarit; nullam oppugnavit, quam non euerterit: sed hoc maius est quiddam, quam ab ijs, qui hæc tradunt, & docent, postulandum sit. Ego autem, quem nunc plane rudem institui ad dicendum uelim, his potius tradam assiduis uno opere eandem incudem diem, noctemq; tundentibus, qui omnes tenuissimas particulas, atque omnia minima mansa, ut nutrices infantibus pueris, in os inserant. sin sit is, qui & doctrina mihi liberaliter institutus, & aliquo iam imbutus usu, & satis acri ingenio esse uideatur: illuc eum rapiam, ubi non seclusa aliqua aquila teneatur, sed unde uniuersum flumen erumpat; ut illi sedes, & tanquam domicilia omnium argumentorum commonstrem, & ea breuiter illustrem, uertisq; definiam. quid enim est, in quo hæreat, qui uiderit,



rit, omne, quod sumatur in oratione aut ad profundum, aut ad refellendum, aut ex sua sumi uique natura, aut assi. mi foris? ex sua ui, cum aut, s. qua sit tota, queritur, aut pars eius, aut uobulum quod habeat, aut quippiam rem illam quod tingat: extrinsecus autem, cum ea, qua sunt foris, neque harent in rei natura, colliguntur. Si res qua queritur, definitione uniuersa uis explicanda, sic: Si maiestas est amplitudo ac dignitas ciuitatis, is eam minuit, qui exercitum hostibus populi Rom. tradidit, non qui eum, qui id fecisset, populi Rom. potestati tradidit. Sin pars; partitione, hoc modo: ut senatui parendum de salute reip. fuit, aut aliud consilium instituendum, aut sua sponte facientem: aliud consilium superbum, suum arrogans: parendum igitur fuit consilio senatus. Sin ex uocabulo, ut Carbo: Si Consul est, qui consulit patriae: quid aliud fecit Opimius? Sin ab eo, quod rem attingat; plures sunt argumentorum sedes ac loci. unum & coniuicta querimus, & genera, & partium generibus subiectas, & similitudines, & dissimilitudines: & contraria, & consequentia, & contentanea, & quasi praecurrentia, & repugnantia: & causas rerum uestigabimus, & ea, qua ex causis orta sunt: & maiora, paria, minora quaeremus. Ex coniuictis sic argumenta ducuntur: Si pietati maxima tribuenda laus est, debetis moueri, cum Quinctium tam pie lugere uideatis. Ex genere autem: Si magistratus in populi Rom. potestate essent; quid Norbanum accusas, cuius Tribunatus



uoluntati paruit ciuitatis? Ex parte autem ea, quae
 est subiecta generi: Si omnes, qui reip. consulunt,
 chari nobis esse debent; certe in primis Imperatores,
 quorum consilijs, uirtute, periculis retinemus & no-
 stram salutem, & imperij dignitatem. Ex similitu-
 dine autem: Si ferae partus suos diligunt, quae nos
 in liberos nostros indulgentia esse debemus? At ex dis-
 similitudine: Si barbarorum est in diem uiuere, no-
 stra consilia sempiternum tempus spectare debent.
 Atque utroque in genere & similitudinis, & dissimi-
 litudinis, exempla sunt ex aliorum factis, aut di-
 ctis, aut euentis, & ficta narrationes saepe ponen-
 dae. Iam ex contrario: Si Gracchus nefarie, pracla-
 re Opimius. Ex consequentibus: Si & ferro inter-
 fectus ille, & tu inimicus eius cum gladio cruento
 comprehensus es in illo ipso loco, & nemo praeter te
 ibi uisus est, & causa nemini, & tu semper audax;
 quid est, quod de facinore dubitare possimus? Ex con-
 sentaneis, & praecurrentibus, & repugnantibus,
 ut olim Crassus adolescens: Non, si Opimium defen-
 disti Carbo iccirco te isti bonum ciuem putabunt:
 simulasse te; & aliud quid quasisse perspicuum est.
 quod Ti. Gracchi mortem saepe in concionibus deplora-
 rasti, quod P. Africani necis socius fuisti, quod
 eam legem in Tribunatu tulisti, quod semper a bo-
 nis dissensisti. Ex causis autem rerum sic: Auari-
 tiam si tollere uultis, mater eius est tollenda luxu-
 ries. Ex ijs autem, quae sunt orta de causis. Si era-
 rij copijs & ad belli adiumenta, & ad ornamenta
 pacis utimur, uectigalibus seruiamus. Maiora au-



s, & minora, & paria comparabimus sic. Ex
 iore: Si bona existimatio diuitijs præstat, & pe-
 nia tantopere expetitur; quanto gloria magis est,
 petenda? Ex minore sic: - Hic parua consuetudinis
 usa huius mortem fert tam familiariter:
 quid, si ipse amasset? quid mihi hic faciet patri?
 pari sic: Est eiusdem & eripere contra temp. &
 giri pecunias. Foris autem assumuntur ea, quæ
 sua ui, sed extranea subleuantur, ut hæc: Hoc
 rum est, dixit enim Q. Lutatius: Hoc falsum,
 , habita enim quæstio est: Hoc sequi necesse est,
 ito enim tabulas. de quo genere toto paulo ante
 i. Hæc ut breuissime dici potuerunt, ita à me
 ita sunt. ut enim, si aurum cui, quod esset mul-
 riam defossim, commonstrare uellem, satis esse
 reret, si signa & notas ostenderem locorum, qui-
 s cognitis ille sibi ipse foderet, & id, quod uellet,
 ruulo labore, nullo errore inueniret; sic has ego
 umentorum noui notas, quæ illa mihi quærenti
 nonstrant ubi sint: reliqua cura & cogitatione
 untur. Quod autem argumentorum genus cui-
 e causarum generi maxime conueniat, non est ar-
 exquisitæ præscribere, sed est mediocris ingenij iu-
 rare. neque enim nunc id agimus, ut artem ali-
 am dicendi explicemus, sed ut doctissimis homini-
 s usus nostri quasi quadam monita tradamus. His
 eur locis in mente & cogitatione defixis, & in
 ni re ad dicendum posita excitatis, nihil erit,
 od oratorem effugere possit, non modo in foren-
 us disceptationibus, sed omnino in ullo genere



D E O R A T O R E

dicendi: si uero assequetur, ut talis uideatur, qualem se uideri uelit; & animos eorum ita afficiat, apud quos aget, ut eos, quocumque uelit, uel trahere, uel rapere possit: nihil profecto præterea ad dicendum requiret. Iam illud uidemus nequaquam satis esse, reperire quid dicas, nisi id inuentum tractare possis. Tractatio autem uaria esse debet, ne aut cognoscat artem qui audiat, aut defatigetur similitudinis satietate. Proponi oportet, quid afferas; & id quare ita sit, ostendere; & ex iisdem illis locis interdum concludere; relinquere alias, alioq; transire; sæpe non proponere, ac ratione ipsa afferenda, quid proponendum fuerit, declarare; si cui quid simile dicas, prius ut simile confirmes; deinde, quod agitur, adiungas; puncta argumentorum plerunque ut oculos, ne quis ea numerare possit; ut re distinguantur, uerbis confusa esse uideantur. Hæc ut & propterans, & apud doctos; & semidoctus ipse percurro, ut aliquando ad illa maiora ueniamus. Nihil est enim in dicendo Catule maius, quam ut faueat oratori is, qui audiet, utq; ipse sic moueatur, ut impetu quodam animi & perturbatione magis, quam iudicio, aut consilio regatur. plura enim multo homines iudicant odio, aut amore, aut cupiditate, aut iracundia, aut dolore, aut letitia, aut spe, aut timore, aut errore, aut aliqua permotione mentis, quam ueritate, aut præscripto, aut iuris norma aliqua, aut iudicij formula, aut legibus. quare, nisi quid uobis aliud placet, ad illa pergamus. Paulum, inquit Catulus, etiam nunc deesse uidetur ijs rebus



toni, quas exposuisti, quod sit tibi ante explican-
 n, quàm illuc proficiscare. quò te dicis intendere.
 eidnam, inquit? Qui ordo tibi placet, inquit Ca-
 us, & quæ dispositio argumentorum: in qua tu
 si semper deus uideri soles. Vide quàm sim in isto
 pere, inquit, Catule deus. non mehercule mihi
 admonito uerisset in mentem: ut possis existima-
 re in ea, in quibus nonnunquam aliquid efficere
 eor, usu solere in dicendo, uel casu potius incur-
 . Ac res quidem ista, quam ego, quia non no-
 , sic tanquam ignotum hominem præteribam,
 um potest in dicendo, ut ad uincendum nulla
 possit. Sed tamen mihi uideris ante tempus à me
 onem ordinis, & disponendarum rerum requi-
 . Nam si ego omnem uim oratoris in argumen-
 & in re ipsa per se comprobanda posuisssem, tem-
 esset iam de ordine argumentorum, & de collo-
 one aliquid dicere: sed cum tria sint à me propo-
 , de uno dictum; cum de duobus reliquis dixero,
 erit denique de disponenda tota oratione quæren-
 . Valet igitur multum ad uincendum, probari
 es, instituta, & facta, & uitam eorum, qui
 ut causas, & eorum, pro quibus; & item im-
 pari aduersariorum, animosq; eorum, apud quos
 ur, conciliari quammaxime ad beneuolentiam
 . erga oratorem, tum erga illum, pro quo dicet
 or. Conciliantur autem animi dignitate hominis,
 is gestis, existimatione uitæ: quæ facilius ornari
 unt, si modo sunt, quàm fingi, si nulla sunt.
 hac adiuant in oratore, lenitas uocis, uultus,



pudoris significatio, uerborum comitas. Si quid persequare acrius, ut inuitus & coactus facere uideare, facilitatis, liberalitatis, mansuetudinis, pietatis, grati animi, non appetentis, non auidi signa proferri perutile est: eaq; omnia, quæ proborum, demissorum, non acrium, non pertinacium, non litigiosorum, non acerborum sunt, ualde beneuolentiam conciliant, abalienantq; ab ijs, in quibus hæc non sunt: itaque eadem sunt in aduersarios ex contrario conferenda. Sed genus hoc totum orationis in ijs causis excellet, in quibus minus potest inflammari animus iudicis acri & uehementi quadam incitatione. non enim semper fortis oratio quæritur, sed sæpe placida, summissa, lenis, quæ maxime commendat reos. reos autem appello non eos modo, qui arguuntur, sed omnes, quorum de re disceptatur. sic enim olim loquebantur. Horum igitur exprimere mores oratione, iustos, integros, religiosos, timidos, perferentes iniuriarum, mirum quiddam ualet: & hoc uel in principijs, uel in re narranda, uel in peroranda tantam habet uim, si est susuiter & cum sensu tractatum, ut sæpe plus, quàm causa, ualeat. Tantum autem efficitur sensu quodam, ac ratione dicendi, ut quasi mores oratoris effingat oratio. genere enim quodam sententiarum, & genere uerborum, adhibita etiam actione leni facultateq; significandi, efficitur, ut probi, uel bene morati, ut boni uiri esse uideantur. Huic autem est illa dispar adiuncta ratio orationis, quæ alio quodam genere mentes iudicium permouet impellitq; ut aut oderint, aut diligant; aut inuideant,



et saluum uelint; aut metuant, aut spernant; aut
 uideant, aut abhorreant; aut latentur, aut moere-
 ant; aut misereantur, aut punire uelint; aut ad
 motus adducantur, si qui finitimi sunt & pro-
 qui his ac talibus animi perturbationibus. Atque
 id optandum est oratori, ut aliquam permotionem
 morum sua sponte ipsi afferant ad causam iudi-
 calem, ad id, quod utilitas oratoris feret, accommoda-
 re. facilius est enim currentem, ut aiunt, incita-
 re, quam commouere languentem. sin id aut non
 potest, aut erit obscurius: sicut medico diligenti, prius
 quam conetur agro adhibere medicinam, non solum
 morbum eius, cui mederi uolet, sed etiam consuetudo-
 nem, & natura corporis cognoscenda est; sic
 idem, cum aggredior ancipitem causam, & gra-
 uis ad animos iudicum pertractandos, omni men-
 te ea cogitatione curaque uersor, ut odoror quam-
 uis tenuissimè possim, quid sentiant, quid existiment,
 quid expectent, quid uelint, quò deduci oratione fa-
 uere posse uideantur. si se dant, & ut ante di-
 scipula sponte, quò impellimus, inclinant, atque
 uident: accipio quod datur, & ad id, unde
 uis flatus ostenditur, uela do. sin est integer
 uisusque iudex, plus est operis. sunt enim omnia
 modo excitanda, nihil adiuuante natura. sed tan-
 tum uim habet illa, quæ recte à bono pocta di-
 scit flexanima, atque omnium regina rerum
 est, ut non modo inclinantem erigere, aut stan-
 tinclinare, sed etiam aduersantem & repu-
 tem, ut Imperator bonus ac fortis, capere pos-



DE ORATORE

*fit. Hæc sunt illa, quæ me ludens Crassus modo flagitabat, quæ à me diuinitus tractari solere diceret; & in causa Manij Aquilij, Caijque Norbani, nonnullisq; alijs quasi præclare acta laudaret: quæ mehercule, ego Crasse, cum à te tractantur in causis, horro-
 rere soleo: tanta uis animi, tantus impetus, tantus dolor oculis, uultu, gestu, digito denique isto tuo significari solet: tantum est flumen grauissimorum optimorumq; uerborum, tam integræ sententiæ, tam ueræ, tam nouæ, tam sine pigmentis, fucisq; puerilibus, ut mihi non solum tu incendere iudicem, sed ipse arde-
 dere uidearis. Neque fieri potest, ut doleat is, qui audit, ut oderit, ut inuideat, ut pertimescat aliquid, ut ad fletum misericordiamq; deducatur, nisi omnium istius motus, quos orator adhibere uolet iudici, in ipso oratore impressi esse, atque iniusti uidebuntur. Quod si fictus aliquis dolor suscipiendus esset, & si in eiusmodi genere orationis nihil esset, nisi falsum, atque imitatione simulatum; maior ars aliqua forsitan esset requirenda. nunc ego, quid tibi Crasse, quid cæteris accidat, nescio: de me autem, causa nulla est, nec cur apud homines prudentissimos, atque amicissimos mentiar. non mehercule unquam apud iudices aut dolorem, aut misericordiam, aut inuidiam, aut odium excitare dicendo uolui, quin ipse in commouendis iudicibus, ijs ipsis sensibus, ad quos illos adducere uellem, permouerer. neque enim facile est perficere, sed ut irascatur cui tu uelis iudex, si tu ipse id lente ferre uideare; neque ut oderit eum, quem tu uelis, nisi te ipsum flagrantem odio ante uiderit: neque ad-*



misericordiam adducetur, nisi ei tu signa doloris tui
 bis, sententijs, uoce, uultu, collacrymatione de-
 ue ostenderis. ut enim nulla materies tam facilis
 exardescendum est, quæ, nisi admoto igni, ignem
 accipere possit: sic nulla mens est tam ad comprehen-
 dam uim oratoris parata, quæ possit incendi, ni-
 si inflammatus ipse ad eam & ardens accesseris. Ac
 forte hoc magnum, ac mirabile esse uideatur; ho-
 iem toties irasci, toties dolere, toties omni animi
 tu concitari, præsertim in rebus alienis: magna
 est earum sententiarum, atque eorum locorum,
 ubi agas, tractesq; dicendo, ut nihil opus sit simu-
 latione & fallacijs. ipsa enim natura orationis eius,
 suscipitur ad aliorum animos permouendos, ora-
 tum ipsum magis etiam, quàm quenquam eorum;
 audiunt, permouet. Et ne hoc in causis, in iudi-
 cijs, in amicorum periculis, in concursu hominum,
 ciuitate, in foro accidere miremur, cum agitur non
 ingenij nostri existimatio, (nam id esset le-
 uis: quanquam, cum professus sis te id posse face-
 re quod pauci, ne id quidem negligendum est) sed
 sunt maiora multo, fides, officium, diligentia;
 in rebus adducti, etiam cum alienissimos defen-
 dit, tamen eos alienos, si ipsi uiri boni uolumus
 ueri, existimare non possumus: sed, ut dixi, ne
 in nobis mirum esse uideatur, quid potest esse tam
 mirum, quàm uersus, quàm scena, quàm fabulæ?
 uen in hoc genere sæpe ipse uidi, cum ex persona
 si ardere oculi hominis hystronis uiderentur spon-
 dia illa dicentis,



DE ORATORE

Segregare abs te ausus, aut sine illo Salamina ingredi-
 Neque paternum aspectum es ueritus?
 nunquam illum aspectum dicebat, quin mihi Tella-
 mon iratus furere luctu filij uideretur. Ut idem inflexa
 xa ad miserabilem sonum uoce,
 Quem acate exacta indigem
 Liberū lacerasti, orbasti, extinxi, neque fratris necis
 Neque gnati eius parui, qui tibi in tutelā est traditus
 flens ac lugens dicere uidebatur.
 quæ si ille histrio, quotidie cum ageret, tamen recte
 agere sine dolore non poterat: quid Pacuuium putau-
 tis in scribendo leni animo ac remisso fuisse? fieri nullo
 modo potuit. saepe enim audiui, poetam bonum
 neminem, id quod à Democrito, & Platone in scriptis
 relictum esse dicunt, sine inflammatione animorum
 existere posse, & sine quodam afflatu quasi furoris
 quare nolite existimare, me ipsum, qui non heroum
 ueteres casus, fictosq; luctus uellem imitari, atque
 adumbrare dicendo, neque actor essem alienæ perso-
 næ, sed auctor meæ; cum mihi Marius Aquilius in
 ciuitate retinendus esset, quæ in illa causa perorandum
 fecerim, sine magno dolore fecisse. quem enim ego
 Consulem fuisse, Imperatorem ornatum à senatu,
 orantem in Capitolium ascendisse meminissem, hunc
 cum afflictum, debilitatum, mœrentem, in sum-
 mum discrimen adductum uiderem, non prius sum
 conatus misericordiam alijs commouere, quàm mise-
 ricordia sum ipse captus. sensi quidem eum magno
 pere moueri iudices, cum excelsi mœstum ac sordi-
 datum senem, & cum ista feci, quæ tu Crasse laudas,



arte, de qua quid loquar nescio, sed motu inanimi ac dolore, ut discinderem tunicam, ut citrices ostenderem; cum C. Marius matrorem orationis mee praesens, ac sedens multum lacrymis suis mureret; cumq; ego illum crebro appellans, collatum ei suum commendarem, atque ipsum aduocatum ad communem Imperatorum fortunam defendendam inuocarem. non fuit hac sine meis lacrymis, sine dolore magno miseratio, omniumq; deorum, hominum, & ciuium, & sociorum imploratio: in omnibus uerbis, quae à me tum sunt habita, dolor abfuisse meus, non modo non miserabilis; etiam irridenda fuisset oratio mea. Quamobrem tuos doceo Sulpici, bonus ego uidelicet, atque eruditus magister ut in dicendo irasci, ut dolere, ut esse possis. quanquam te quidem quid hoc doceam, in accusando sodali & Quaestore meo tantum indium non oratione solum, sed multo etiam magis & dolore, & ardore animi concitatas, ut ego ad restringendum uix conarer accedere? habueras in tum omnia in causa superiora: uim, fugam, indignationem, crudelitatem tribunitiam in Caepionem graui miserabilisq; casu, in iudicium uocabas: de re principem & senatus & ciuitatis M. Aemilium inde percussum esse constabat: ui pulsum ex tem- L. Cottam, & T. Didium, cum intercedere uel rogationi, nemo poterat negare. Accedebat, hac tu adolescens pro rep. queri summa cum auiditate existimare; ego homo censorius uix sane honeste uiderer seditiosum ciuem, & in hominis



D E O R A T O R E

consularis calamitate crudelem posse defendere :
 Erant optimi ciues iudices, bonorum uirorum plenum
 forum ; uix ut mihi tenuis quadam uenia daretur
 excusationis , quòd tamen cum defenderem , qui mihi
 Quæstor fuisset . Hic ego quid dicam me artem aliam
 quam adhibuisse ? quid fecerim , narrabo : si placuerit ,
 uos meam defensionem in aliquo artis loco reponete
 netis . Omnium seditionum genera , uitia , pericula colli-
 legi ; eamq; orationem ex omni reip. nostræ tempo-
 rum uarietate repetiui ; conclusiq; ita , ut dicerem
 etsi omnes molestæ semper seditiones fuissent , iustas
 tamen fuisse nonnullas , & prope necessarias . Tum
 illa , quæ modo Crassius commemorabat , egi , neque
 reges ex hac ciuitate exigere , neque Tribunos pl. creare
 neque plebiscitis toties consularem potestatem minui
 neque prouocationem patronam illam ciuitatis , ac
 uindicem libertatis populi R. dari sine nobilium dissensu
 sione potuisse : ac si illa seditiones saluti huic ciuitati
 ei fuissent , non continuo , si quis motus populi factus
 esset , id C. Norbano in nefario crimine , atque in frau-
 de capitali esse ponendum : quòd si unquam popu-
 lo Rom. concessum esset , ut iure concitatus uideretur
 tur , id , quod docebam , sæpe esse concessum ; nullam
 illa causam iustiore fuisse . Tum omnem orationem
 traduxi et conuertit in increpandam Cæpionis fugam ,
 in deplorandum interitum exercitus : sic & eorum
 dolorem , qui lugebant suos , oratione refricabam , &
 animos equitum Romanorum , apud quos tum iudi-
 ces causa agebatur , ad Q. Cæpionis odium , à quo
 erant ipsi propter iudicia abalienati , renouabam , et



reuocabam. Quòd ubi sensi me in possessione iu-
 dy ac defensionis meæ constituisse; quòd & populi
 euolentiam mihi conciliaram, cuius ius etiam cum
 tionis coniunctione defenderam, & iudicium ani-
 totos uel calamitate ciuitatis, uel luctu, ac desi-
 o propinquorum, uel odio proprio in Cæpionem
 causam nostram conuerteram: tunc admiscere
 generi orationis uehementi atque atroci genus
 alterum, de quo ante disputauimus, lenitatis &
 suetudinis cœpi; me pro meo sodali, qui mihi in
 um loco more maiorum esse deberet, & pro mea
 i fama prope, fortunisq; decernere; nihil mihi
 existimationem turpius, nihil ad dolorem acer-
 accidere posse, quàm si is, qui sæpe alienissimis a
 sed meus tamen ciuibus saluti existimarer fuisse,
 si meo auxilium ferre non potuisssem. Petebam a
 tribus, ut illud ætati meæ, ut honoribus, ut re-
 zestis, si iusto, si pio dolore me esse affectum ui-
 ut, concederent; præsertim si in alijs causis intel-
 ient, omnia me semper pro amicorum periculis,
 nunquam pro me ipso deprecatum. Sic in illa
 defensione atque causa, quod esse in arte posi-
 uidebatur, ut de lege Apuleia dicerem, ut, quid
 minuere maiestatem, explicarem, perquam bre-
 perstrinxi, atque attingi. His duabus partibus
 onis, quarum altera concitationem habet, altera
 mendationem, quæ minime præceptis artium sunt
 uita, omnis est à me illa causa tractata; ut &
 mus in Cæpionis inuidia renouanda, & in meis
 bus erga meos necessarios declarandis mansuetif-



D E O R A T O R E

simus uiderer . ita magis affectis animis iudicium
 quam doctis , tua Sulpici est à nobis tum accusatio
 uicta . Hic Sulpicius , Vere hercule , inquit , Anton
 ista commemoras . nam ego nihil unquam uidi , quod
 tam è manibus elaberetur , quam mihi tum est elapsa
 ipsa illa causa . Cum enim , quemadmodum dixisti , tibi
 ego non iudicium , sed incendium tradidissem ; quod
 tuum principium , dij immortales , fuit ? qui timor
 quæ dubitatio ? quanta hesitatio , tractusq; uerborum
 rum ? ut illud initio , quod tibi unum ad ignoscendum
 homines dabant , tenuisti , te pro homine perneccessario
 Questore tuo dicere ? quam tibi primum munus
 ad te audiendum uiam ? Ecce autem , cum te nihil
 aliud profecisse arbitrarer , nisi ut homines tibi ciuicium
 improbum defendenti ignoscendum propter necessitudinem
 arbitrentur , serpere occulte coepisti nondum alijs
 suspicantibus , me uero iam pertimescens , ut illam non
 Norbani seditionem , sed populi R. incundiam , neque eam
 iniustam , sed meritam ac debitam fuisse defenderes .
 deinde qui locus abs te pretermisus est in Coepionem ?
 ut tu illa omnia odio , inuidia , misericordia miscuisti ?
 Neque hac solum in defensione , sed etiam in Scauro ,
 cæterisq; meis testibus ; quorum testimonia , non
 refellendo , sed ad eundem impetum populi confugiendo ,
 refutasti . Quæ cum abs te modo commemorarentur ,
 equidem multa præcepta desiderabam . istam enim ipsam
 demonstrationem defensionum tuarum , abs te ipso
 commemoratam , doctrinam esse non mediocrem puto .
 At qui , si ita placet , inquit Antonius , trademus etiam



nos sequi in dicendo, quæq; maxime spectare so-
 s: docuit enim iam nos longa uita, ususq; re-
 maximarum, ut, quibus rebus animi homi-
 mouerentur, teneremus. Equidem primum
 derare soleo, postuletne causa: nam neque
 is in rebus adhibendæ sunt hæ dicendi faces,
 re ita animatis hominibus, ut nihil ad eorum
 res oratione flectendas proficere possimus; ne
 irrisione, aut odio digni putemur; si aut tra-
 as agamus in nugis, aut conuellere adoria-
 ea, quæ non possint commoueri. Nam quo-
 hac fere maxime sunt in iudicium animis,
 quicumque illi erunt, apud quos agemus, ora-
 molienda, amor, odium, iracundia, inuidia,
 ricordia, spes, lætitia, timor, molestia; senti-
 morem conciliari, si id uelle uideare, quod sit
 ipsis, apud quos agas, defendere; si aut pro
 uiris, aut certe pro ijs, qui illis boni, atque uti-
 me, laborare. nanque hac res amorem magis
 liat, illa uirtutis defensio charitatem: plusq;
 rit, si proponitur spes utilitatis futura, quàm
 riti beneficij commemoratio. Enitendum est, ut
 las in ea re, quam defendas, aut dignitatem
 , aut utilitatem, eumq;, cui concilies hunc a-
 m, significes nihil ad utilitatem suam reuulisse,
 hil omnino fecisse causa sua. inuiderur enim
 modis hominum ipsorum; studijs autem eorum
 commodandi fauetur. Videndumq; hoc lo-
 , ne quos ob benefacta diligere uolumus, eorum
 in atque gloriam, cui maxime inuideri solet,

D E O R A T O R E

nimis efferre uideamur . Atque iisdem his ex locis
 odium in alios struere discemus , & a nobis , ac nostris
 dimouere : eademq; hæc genera tractanda sunt in
 iracundia uel excitanda , uel sedanda . Nam si , quod
 ipsis , qui audiunt , perniciosum , aut inutile sit ,
 factum augeas , odium creatur : sin quod aut in bonis
 nos uiros , aut in eos , quos quisque minime debuerit
 aut in reip. tum excitatus si non tam acerbum
 odium , tamen aut inuidie , aut odij non dissimulata
 offensio . Item timor incutitur aut ex ipsorum periculis ,
 aut ex communibus . interior est ille proprius ,
 sed hic quoque communis ad eandem similitudinem
 est perducendus . Par . atque una ratio est spei , lætitiæ ,
 molestiæ . Sed haud sciam an acerrimus longè
 omnium motus inuidie , nec minus uirium opus
 in ea comprimenda , quàm in excitanda . Inuidetur
 autem homines maxime paribus , aut inferioribus ,
 cum se relietos sentiunt , illos autem dolent euolasse .
 sed etiam superioribus inuidetur sæpe uehementer , &
 eo magis , si intolerantius se iactant , & æquabilitatem
 communis iuris , præstantia dignitatis aut fortunæ
 suæ transeunt . quæ si inflammanda sunt , maxime
 dicendum est non esse uirtute parta , deinde
 etiam uitijs atque peccatis . tum si erunt honestiora
 atque grauiora , tamen non esse tanti uellæ meriti
 quanta insolentia hominis , quantumq; fastidium .
 Ad sedandum autem , magno illa labore magnis periculis
 esse parta , nec ad suum commodum , sed ad
 aliorum esse collata , seseq; , si quam gloriam peperisse
 uideatur , tamen si ea non sit iniqua merces periculi ,



illi, tamen ea non delectari, totamq; abijcere ac
 deponere: omninoq; perficiendum est, (quoniam
 sique sunt inuidi, maximeq; est hoc commune ui-
 uum, & peruagatum: inuidetur autem prestanti
 entiq; fortunæ) ut hæc opinio minuatur, & illa
 illens opinione fortuna cum laboribus, & miserijs
 mixta esse uideatur. Iam misericordia mouetur,
 qui audit, adduci potest, ut illa, quæ de altero
 uidentur, ad suas res reuocet, quas aut tulerit
 abas, aut timeat; ut intuens alium crebro, ad se
 rem reuertatur. Ita cum singuli casus humana-
 rum miseriarum grauius accipiuntur, si dicuntur
 uiter; tum afflicta & prostrata uirtus maxime
 inuolosa est. & ut illa altera pars orationis, quæ
 uirtutis commendatione boni uiri debet speciem
 lenis, ut sepe iam dixi, atque summissa; sic
 quæ suscipitur ab oratore ad commutandos ani-
 mos, atque omni ratione flectendos, intenta ac uehe-
 mens esse debet. Sed est quædam in his duobus gene-
 ribus, quorum alterum lenis, alterum uehemens esse
 uisus, difficilis ad distinguendum similitudo.
 Quæ ex illa lenitate, qua conciliamur ijs, qui au-
 te, ad hanc uim acerrimam, qua eosdem excita-
 ui, influat oportet aliquid; & ex hac uis nonnun-
 quam animi aliquid influendum est illi lenitati: ne-
 cessaria est ulla temperatior oratio, quam illa, in qua
 uirtus contentionis oratoris ipsius humanitate con-
 uincitur, remissio autem lenitatis quadam grauitate,
 contentione firmatur. In utroque autem genere
 ueniendi, & illo, in quo uis atque contentio quæri-



D E O R A T O R E

tur, & hoc, quod ad uitam & mores accommoda-
 tur, & principia tarda sunt, & exitus tamen spif-
 si & producti esse debent. nam neque assiliendum
 statim est ad illud genus orationis: (abest enim to-
 rum à causa) & homines prius ipsum illud, quod
 proprium sui iudicij est, audire desiderant, nec, cum
 in eam rationem ingressus sis, celeriter discedendum
 est. non enim, sicut argumentum, simul atque po-
 situm est, arripitur, alterumq; & tertium poscitur;
 ita misericordiam, aut inuidiam, aut iracundiam,
 simul atque intuleris, possis commouere. argumen-
 tum enim ratio ipsa confirmat: quæ simul atque e-
 missa est, adherescit. illud autem genus orationis
 non cognitionem iudicis, sed magis perturbationem
 requirit: quam consequi nisi multa, & uaria, &
 copiosa oratione, & simili contentione actionis nemo
 potest. quare qui aut breuiter, aut summissè dicunt,
 docere iudicem possunt, commouere non possunt, in
 quo sunt omnia. Iam illud perspicuum est, omnium
 rerum in contrarias partes facultatem ex iisdem sup-
 peditari locis. Sed argumento resistendum est, aut
 ijs, quæ comprobandi eius causa sumuntur, repre-
 hendendis, aut demonstrando id, quod concludere
 illi uelint, non effici ex propositis, nec esse conse-
 quens: aut, si ita non refellas, afferendum est in
 contrariam partem, quod sit aut grauius, aut æque
 graue. Illa autem, quæ aut conciliationis causa le-
 uiter, aut permotionis uehementer aguntur, contra-
 rijs commotionibus inferenda sunt, ut odio beneuo-
 lentia, misericordia inuidia tollatur. Suauis au-



est, & uehementer sæpe utilis iocus, & facetiæ:
 etiam si alia omnia tradi arte possunt, naturæ
 propria certe, neque ullam artem desiderant. in
 his tu longe alijs mea sententia Cæsar excellis. quo
 quis mihi etiam testis esse potes, aut nullam esse ar-
 tis salis; aut, si qua est, eam nos tu potissimum doce-
 re. Ego uero, inquit Cæsar, omni de re facetius puto
 esse ab homine non inurbano, quàm de ipsis facetijs,
 utari. itaque cum quosdam Græcos inscriptos li-
 bro esse uidissem de ridiculis, nonnullam in spem
 esse posse me aliquid ex istis discere, inueni au-
 tem ridicula & salsa multa Græcorum: nam & Si-
 cili in eo genere, & Rhodij, & Byzantiij, & præter
 hos Attici excellunt: sed qui eius rei rationem
 tradendam conati sunt, artemq; tradere, sic insulsi ex-
 ierunt, ut nihil aliud eorum, nisi ipsa insulsitas, ri-
 sur. quare mihi nullo uidetur modo doctrina ista
 posse tradi. Etenim cum duo genera sint facetia-
 rum, alterum æquabiliter in omni sermone fusum,
 cum peracutum, & breue: illa à ueteribus supe-
 ricauillatio, hæc altera dicacitas nominata est. leue
 tenet habet utraque res: quippe: leue enim est to-
 tum hoc, risum mouere. ueruntamen, ut dicis Anto-
 mulum in causis persæpe lepore & facetijs profici
 . Sed cum in illo genere perpetua festiuitatis ars
 desideretur; natura enim fingit homines & creat
 auctores & narratores facetos, & uultu adiuan-
 tur uoce, & ipso genere sermonis: tum uero in
 altero dicacitatis quid habet ars loci, cum ante
 factum dictum emissum hæere debeat, quàm



D E O R A T O R E

cogitari potuisse uideatur? Quid enim hic meus frater ab arte adiunari potuit, cum à Philippo interrogatus quid latraret, Furem se uidere respondit? quid in omni oratione Crassus uel apud Centumuiros contra Scauolam, uel contra accusatorem Brutum, cum pro Cn. Plancio diceret? nam id, quod tu mihi tribuis Antoni, Crasso est omnium sententia concedendum non enim fere quisquam reperietur, prater hunc, in utroque genere leporis excellens, & illo quod in perpetuitate sermonis, & hoc, quod in celeritate, atque dicto est. nam hæc perpetua contra Scauolam Curiana defensio, tota redundauit hilaritate quadam & ioco, dicta illa breuia non habuit. parcebat enim aduersarij dignitati: in quo ipso seruabat suam: quæ est hominibus facietis & dicacibus difficillimum, habere hominum rationem & temporum, & ea, quæ occurrant, cum falsissime dici possunt, tenere. itaque nonnulli ridiculi homines hoc ipsum non insulse interpretantur. dicere enim aiunt Ennium, flammiam à sapiente facilius ore in ardente opprimi, quàm bona dicta teneat: hæc scilicet bona dicta, quæ falsa sunt. nam ea dicta appellantur proprio iam nomine. Sed ut in Scauolam continuit ea Crassus; atque illo altero genere, in quo nulli aculei contumeliarum inerant, causam illam disputationemq; lusit: sic in Brutum, quem oderat, & quem dignum contumelia iudicabat, utroque genere pugnauit. quàm multa de balneis, quas nuper ille uendiderat, quàm multa de amisso patrimonio dixit? atque illa breuia, cum illa diceret se sine causa sudare, Minime mirum, in



it: modo enim existi de balneis. Innumerabilia hu-
 remodi fuerunt; sed non minus illa iucunda per-
 ua. Cum enim Brutus duos letores excitasset, &
 tri de colonia Narbonensi Crassi orationem legen-
 n dedisset, alteri de lege Seruilia; & cum con-
 ria inter sese de rep. capita contulisset: noster
 facetissime tres patris Bruti de iure civili libellos
 os legendos dedit. ex libro primo; Forte cuenit ut
 priuernati essemus. Brute testificatur pater se tibi
 uernatem fundum reliquisse. Deinde in libro se-
 do, In Albano eram ego, & Marcus filius. Sa-
 ns uidelicet homo cum primis nostrae ciuitatis norat
 ne gurgitem; metuebat, ne, cum is nihil haberet,
 il esse ei relictum putaretur. Tum ex libro tertio,
 quo finem scribendi fecit: (tot enim, ut audiui
 uolam dicere, sunt ueri Bruti libri) in Tiburti
 te assedimus ego, & Marcus filius. Vbi sunt ij
 di Brute, quos tibi pater publicis commentarijs
 signatos reliquit? quod nisi puberem te, inquit,
 haberet; quartum librum composuisset, & se
 um in balneis locutum cum filio scriptum reliquis-

Quis est igitur, qui non fateatur hoc lepore,
 ue his facetijs non minus refutatum esse Brutum,
 am illis tragoedijs, quas egit idem, cum casu in
 em causa efferretur anus Iunia? proh, Dij immor-
 s, quae fuit illa, quanta uis, quam inexpecta-
 quam repentina? cum, coniectis oculis, gestu o-
 i imminenti, summa grauitate, & celeritate uer-
 um, Brute quid sedes? quid illam anum patri
 sciare uis tuo? quid illis omnibus, quorum ima-



DE ORATORE

gines duci uides? quid maioribus tuis? quid L. Bruto, qui hunc populum dominatu regio liberauit? quid te facere? cui rei, cui glorie, cui uirtuti studere? patrimonione augendo? at id non est nobilitatis. sed fac esse: nihil superest: libidines totum dissipauerunt: an iuri ciuili? est paternum. sed dicet te, cum aedes uenderes, ne in rutis quidem & caesis solium tibi paternum recepisse. an rei militari? qui nunquam castra uideris. an eloquentiae? quae nulla est in te; & quid quid est uocis ac linguae, omne in istum turpissimum calumniae quæstum contulisti. Tu lucem aspicere audes? tu hos intueri? tu in foro, tu in urbe, tu in ciuium esse conspectu? tu illam mortuam, tu imagines ipsas non perhorrescis? quibus non modo imitandis, sed ne collocandis quidem tibi ullum locum reliquisti. Sed hæc tragica, atque diuina: faceta autem & urbana innumerabilia ex una concione meministi: nec enim concio maior unquam fuit, nec apud populum grauior oratio, quam huius contra collegam in Censura nuper, neque lepore & festiuitate conditior. Quare tibi Antoni utrumque assentior, & multum facetias in dicendo prodesse saepe, & eas ante nullo modo posse tradi: & illud quidem admiror, & nobis in eo genere tribuisse tantum, & non huius rei quoque palmam, ut cæterarum, Crasso detulisse. Tum Antonius, Ego uero ita fecissem, inquit, nisi interdum in hoc, Crasso paululum inuiderem. nam esse quamuis facetum atque falsum, non nimis est per se ipsum inuidendum: sed cum omnium sis uenustissimus & urbanissimus, omnium grauissimum



seuerissimum & esse, & uideri, quod isti conti-
uni, id mihi uix ferendum uidebatur. Hic cum
isisset ipse Crassus, Attamen, inquit Antonius,
artem esse facetiarum Iuli negares, aperuisti
ddam, quod precipiendum uideretur. haberi
n dixisti rationem oportere hominum, rei, tem-
s, ne quid iocus de grauitate decerperet: quod
dem in primis à Crasso obseruari solet. Sed hoc
ceptum prætermittendum est facetiarum, quòd
nihil opus sit: nos autem, quo modo utamur,
opus sit, quarimus; ut in aduersarium, &
ime si eius stultitia poterit agitari; in testem,
um, cupidum, leuem, si facile homines audi-
uidebuntur. Omnino probabiliora sunt, quæ
siti dicimus, quàm quæ priores. nam & inge-
eleritas maior est, quæ apparet in respondendo:
humanitatis est responsio: uideremur enim quie-
fuisse, nisi essemus laccessiti: ut in ista ipsa con-
e nihil fere dictum est ab hoc, quod quidem fax-
dictum uideretur, quod non prouocatus respon-
. Erat autem tanta grauitas in Domitio, tanta
oritas, ut, quod esset ab eo obiectum, lepore ma-
leuandum, quàm contentione frangendum ui-
tur. Tum Sulpicius, Quid igitur, inquit, patie-
Cæsarem, qui quanquam Crasso facetias conce-
tamen multo in eo studio magis ipse elaborat, non
icare totum nobis genus hoc iocandi quale sit, &
deducatur, præsertim cum tantam uim & uti-
m salis & urbanitatis esse fateamur? Quid si,
ut Iulius, assentior Antonio, dicenti nullam esse



DE ORATORE

artem salis? Hic cum Sulpicius reticisset, Quasi uero, inquit Crassus, horum ipsorum, de quibus Antonius tandiu loquitur, ars ulla sit: observatio quaedam est, ut ipse dixit, earum rerum, quæ in dicendo ualent: quæ si eloquentes facere possent, quis esset non eloquens? quis enim hæc uel non facile, uel certe aliquo modo posset ediscere? Sed ego in his præceptis hanc uim, & hanc utilitatem esse arbitror, non ut ad reperiendum, quid dicamus, arte ducamur, sed ut ea, quæ natura, quæ studio, quæ exercitatione consequimur, aut recta esse confidamus, aut praua intelligamus, cum, quò referenda sunt, didicerimus. quare Cæsar ego quoque à te hoc peto, ut, si tibi uideatur, disputes de hoc toto iocandi genere quid sentias; ne qua forte dicendi pars, quoniam illi uolueritis, in hoc tali cœtu, atque in tam accurato sermone præterita esse uideatur. Ego uero, inquit ille, quoniam collectam à conuiuia Crasse exigis, non committam, ut, si defugerim, tibi causam aliquamdem recusandi: quanquam soleo sæpe mirari eorum impudentiam, qui agunt in scena gestum spectant Roscio. quis enim sese commouere potest, cuius ille uictoria non uideat? sic ego nunc Crasso audiente primum loquar de facetijs, & docebo sus, ut aiunt, oratorem eum, quem cum Catulus nuper audisset, ferum alios diebat esse oportere. Tum ille, Iocabatur, inquit, Catulus, præsertim cum ita dicat ipse, ut ambrosia alendus esse uideatur. uerum te Cæsar audiemus, ut ad Antonij reliqua redeamus. Et Antonius, Per pauca quidem mihi restant, inquit: sed ta-



defessus iam labore, atque itinere disputationis,
 uescam in Cæsaris sermone, quasi in aliquo perop-
 uno diuersorio. Atqui, inquit Iulius, non nimi-
 liberale hospitium meum dices: nam te in uiam,
 ac perpaululum gustaris, extrudam et eijciam.
 ne diutius uos demorer; de omni isto genere quid-
 am, perbreuiter exponam. De risu quinque
 quæ quærantur; unum, quid sit; alterum,
 quæ sit; tertium, sit ne oratoris uelle risum moue-
 quartum, quatenus; quintum, quæ sint gene-
 ridiculi. Atque illud primum, quid sit ipse risus,
 pacto concitetur, ubi sit, quo modo existat, at-
 ita repente erumpat, ut eum cupientes tenere
 ueamus, & quo modo simul latera, os, uenas,
 um, oculos occupet, uiderit Democritus: neque
 ad hunc sermonem hoc pertinet; & si pertine-
 nescire me tamen id non puderet, quod ne ipsi-
 dem illi scirent, qui pollicentur. Locus autem, &
 o quasi ridiculi (nam id proxime quæritur) tur-
 dine & deformitate quadam continetur. hæc
 n ridentur uel sola, uel maxime, quæ notant &
 gnant turpitudinem aliquam non turpiter. Est
 im, ut ad illud tertium ueniam, est plane ora-
 s mouere risum: uel quòd ipsa hilaritas beneuo-
 uiam conciliat ei, per quem excitata est: uel quòd
 uirantur omnes acumen uno saepe in uerbo posi-
 , maxime respondentis, nonnunquam etiam la-
 entis: uel quòd frangit aduersarium, quòd im-
 it, quòd eleuat, quòd deterret, quòd refutat:
 quòd ipsum oratorem politicum esse hominem si-



gnificat, quod eruditum, quod urbanum: maxi-
 meq; quod tristitiam ac seueritatem mitigat, & re-
 laxat, odiosasq; res sæpe, quas argumentis dilui non
 facile est, ioco, risuq; dissoluit. Quatenus autem sint
 ridicula tractanda oratori, perquam diligenter uiden-
 dum est: id quod in quarto loco quærendi posuera-
 mus. nam nec insignis improbitas, & scelere iuncta,
 nec rursus miseria insignis agitata ridetur. facino-
 rosos maiore quadam ui, quam ridiculi, uulnerari
 uolunt: miseros illudi nolunt, nisi si se forte iactant.
 Parcendum est autem maxime charitati hominum;
 ne temere in eos dicas, qui diliguntur. Hæc igitur
 adhibenda est primum in iocando moderatio. itaque
 ea facillime luduntur, quæ neque odio magno, neque
 misericordia maxima digna sunt. Quamobrem ma-
 teries omnis ridiculorum est in istis uitis, quæ sunt in
 uita hominum neque charorum, neque calamitoso-
 rum, neque eorum, qui ob facinus ad supplicium ra-
 piendi uidentur: eaq; belle agitata ridentur. Est e-
 tiam deformitatis & corporis uitiorum satis bella ma-
 teries ad iocandum. Sed quærimus idem, quod in ca-
 eteris rebus maxime quærendum est, quatenus. In
 quo non modo illud præcipitur, ne quid insulse: sed
 etiam, si quid perridicule possis, uitandum est oratori
 utrunque, ne aut scurrilis iocus sit, aut mimicus.
 quæ cuiusmodi sint, facilius iam intelligemus, cum
 ad ipsa ridiculorum genera uenerimus. Duo enim
 sunt genera facetiarum: quorum alterum re tra-
 ctatur, alterum dicto. Re, si quando quid tan-
 quam aliqua fabella narratur, ut olim tu Crasse



Memmium, comedisse eum lacertum Largij, esset cum eo Tarracinae de amricula rixatus: attamen à te ipso facta tota narratio. ad ista clausulam, tota Tarracina tum omnibus in vicibus inscriptas fuisse literas, tria L L L, duo A: cum quæres id quid esset, senem tibi quen- dam oppidanum dixisse, Lacerat lacertum Largij adax Memmius. Perspicitis, hoc genus quàm sit eum, quàm elegans, quàm oratorium, siue ha- uere, quod narrare possis, quod tamen est men- iunculis aspergendum; siue fingas. Est autem hac us generis uirtus, ut ita facta demonstres, ut mo- tius, de quo narres, ut sermo, ut uultus omnes rimantur; ut ijs, qui audiunt, tum geri illa, q; uideantur. In re est item ridiculum, quod ex eadem deprauata imitatione sumi solet, ut idem iussus, Per tuam nobilitatem, per uestram fami- liam. Quid aliud fuit, in quo concio rideret, nisi il- lultus & uocis imitatio? Per tuas statuas uero, sicut dixit, & extento brachio paululum etiam de- uerba addidit, uehementius risimus. Ex hoc genere illa Rosciana imitatio senis, Tibi ego Antipho- sero, inquit. senium est, cum audio. Atque ita eorum hoc ipso genere ridiculum, ut cautissime standum sit. Mimorum est enim ethologo- rum, si nimia est imitatio, sicut obscœnitas. ora- surripiat oportet imitationem, ut is, qui audiat, uet plura, quàm uideat, præstet idem ingenui- tum & ruborem suum uerborum turpitudine & tum obscœnitate uitanda. Ergo hæc duo genera



D E O R A T O R E

sunt eius ridiculi, quod in re positum est: quæ sunt propria perpetuarum facietiarum; in quibus describuntur hominum mores, & ita effinguntur, ut aut, re narrata aliqua, quales sunt, intelligantur, aut, imitatione breui iniecta, in aliquo insigni ad irridendum uitio reperiantur. In dicto autem ridiculum est id, quod uerbi aut sententiæ quodam acumine mouetur. sed ut illo superiore genere, uel narrationis, uel imitationis, uitanda est mimorum ethologorum similitudo: sic in hoc scurrilis oratori dicacitas magnopere fugienda est. Qui igitur distinguemus à Crasso, à Catulo, à cæteris familiarem uestrum Granium, aut Vargulam amicum meum? non mehercule in mentem mihi quidem uenit: sunt enim dicaces: Cranio quidem nemo dicacior. hoc opinor primum, ne, quotiescunque potuerit dictum dici, necesse habeamus dicere. Pusillus testis processit: Licet, inquit rogare, Philippus? Tum quæsitur properans, Modo breuiter. Hic ille, Non accusabis, perpusillum rogabo. Ridicule. sed sedebat iudex L. Aurifex, breuior etiam, quàm ipse testis: omnis est risus in iudicem conuersus: uisum est totum scurrile iudicium. Ergo hæc, quæ cadere possunt in quos nolis, quamuis sint bella, sunt tamen ipso genere scurrilia: uisiste, qui se uult dicacem, & mehercule est, Appius, sed nonnunquam in hoc uitium scurrile delabitur. Cœnabo, inquit, apud te, huic lusco familiari meo C. Sestio: uni enim locum esse uideo. Est hoc scurrile: & quod sine causa lacessiuit; & tamen id dixit, quod in omnes luscos conuersiret. Ea quia medicus



ntur esse, minus ridentur. Illud egregium se-
 & ex tempore: Manus laua, inquit, & cœ-
 Temporis igitur ratio, & ipsius dicacitatis mo-
 tio, & temperantia, & raritas dictorum di-
 uertit oratorem à scurra: & quod nos cum causa
 mus, non ut ridiculi uideamur, sed ut proficia-
 aliquid, illi totum diem & sine causa. Quid
 est Vargula affecutus, cum eum candidatus
 tempronius cum Marco suo fratre complexus es-
 Puer abige muscas? Risum quaesuit: qui est
 sententia uel tenuissimus ingenij fructus. Tem-
 igitur dicendi prudentia & grauitate moderabi-
 : quarum utinam artem aliquam haberemus;
 nomina natura est. Nunc exponamus genera ip-
 ommatim, quæ risum maxime moueant. Hæc
 sit prima partitio: quod facete dicatur, id
 in re habere, alias in uerbo facetias; maxime
 n homines delectari, si quando risus coniuncte
 rboq; moueatur. Sed hoc mementote, quoscum-
 locos attingam, unde ridicula ducantur, ex ijs-
 locis sepe etiam graues sententias posse duci.
 um interest, quòd grauitas honestis in rebus se-
 iocus in turpiculis, & quasi deformibus poni-
 uelut in ijsdem uerbis & laudare frugi seruum
 mus, & si est nequam, iocari. Ridiculum est
 Neronianum uetus in furace seruo, solum es-
 ui domi nihil sit nec obsignatum, nec oclusum:
 idem in bono seruo dici solet, & hoc ijsdem
 uerbis. Ex ijsdem autem locis omnia nascun-
 Nam quod Sp. Caruilio grauiter claudicant



D E O R A T O R E

ex vulnere ob remp. accepto, & ob eam causam ue-
 recur danti in publicum prodire, mater dixit, Quin
 prodis, mi Spuri, ut, quotiescunque gradum facies,
 toties tibi tuarum uirtutum ueniat in mentem: pre-
 clarum & graue est. Quod Caluino Glaucia claudi-
 canti, Vbi uetus illud? num claudicat? at hic clodi-
 cat. hoc ridiculum est: & utrunque ex eo, quod in-
 claudicatione animaduerti potuit, est ductum. Quid
 hoc Næuio ignauius? seuerè Scipio, at in male olen-
 tem, Video me à te circumueniri. subridicule Philip-
 pus. At utrunque genus continet uerbi ad literam
 immutati similitudo. Ex ambiguo dicta, uel argu-
 tissima putantur; sed non semper in ioco, sæpe etiam
 in grauitate uersantur. Africano illi maiori coronam
 sibi in conuiuio ad caput accommodanti, cum ea se-
 pius rumperetur, P. Licinius Varus, Noli mirari,
 inquit, si non conuenit: caput enim magnum est.
 laudabile & honestum. At ex eodem genere est.
 Caluus satis est: quod dicit, parum. ne multa; nul-
 lum genus est ioci, quo non ex eodem seuerà & gra-
 uia sumantur. Atque hoc etiam animaduertendum,
 non esse omnia ridicula faceta. quid enim potest tam
 ridiculum, quàm Sannio est? sed ore, uultu, imi-
 tandis moribus, uoce, denique corpore ridetur ipso.
 falsum hunc possum dicere, atque ita, non ut eius-
 modi oratorem esse uelim, sed ut mimum. Quare
 primum genus hoc, quod risum uel maxime mouet,
 non est nostrum, morosum, superstitiosum, suspicio-
 sum, gloriosum, stultum. naturæ ridentur ipse:
 quas personas agitare solemus, non sustinere. Alia-



genus est imitatione admodum ridiculum, sed tantum licet furtim, si quando & cursim: enim minime est liberale. Tertium, oris detractione non digna nobis. Quartum obscœnitas, solum non foro digna, sed uix conuiuio liberorum. Detrahetis igitur tot rebus ex hoc oratorio loco, reliquæ sunt, quæ aut in re, ut ante diuisi, uidentur esse, aut in uerbo. nam quod, quinque uerbis dixeris, facetum tamen est, re contra: quod mutatis uerbis salem amittit, in uerbis leporum omnem. Ambigua sunt in primis, atque in uerbo posita, non in re: sed non segrum risum mouent, magis ut belle & literata laudantur: ut illud in Titium: qui cum e pila luderet, & idem signa sacra noctu frangitur, gregalesq; cur in campum non uerquirent, excusauit Vespas Terentius, quod arachium fregisse diceret. Ut illud Africani, est apud Lucium, Quid Decius Nuculam, an um uis facere, inquit? Ut tuus amicus Crasse us, Non esse sextantis. Et si quæritis, is, qui uerur dicax, hoc genere maxime excellit: sed riuent alia maiores. Ambiguum per se ipsum ur id quidem, ut ante dixi, uel maxime; inenim uidetur, uim uerbi in aliud, atque ce-ripiant, posse ducere; sed admirationem ma-ram risum mouet: nisi si quando incidit in a-mus ridiculi. quæ genera percurram equidem; is esse notissimum ridiculi genus, cum aliud umus, aliud dicitur. hic nobismet ipsis noster



D E O R A T O R E

error risum mouet: quod, si admixtum est etiam ambiguum, fit falsius: ut apud Næuium uidetur esse misericors ille, qui iudicatum duci uidens, percunctatur ita, *Quanti addictus? mille nummum.* Si addidisset tantummodo, *Ducas licet;* esset illud genus ridiculi præter expectationem: sed quia addidit, *Nihil addo, ducas licet;* addito ambiguo, altero genere ridiculi, fuit, ut mihi quidem uidetur, falsissimum. Hoc tum est uenustissimum, cum in altercatione accipitur ab aduersario uerbum, & ex eo, ut à Cælo in Philippum, in eum ipsum aliquid, qui lapsus fuit, infligitur. Sed cum plura sint ambigui genera, de quibus est doctrina quedam subtilior; attendere & aucupari uerba oportebit: in quo, ut ea, quæ sint frigidiora, uitemus, (etenim cauendum est ne arcessitum dictum putetur) permulta tamen acute dicemus. Alterum genus est, quod habet partem uerbi immutationem, quod in litera possumus. Græci uocant *πρᾶνομασίαν*: ut Nobiliorem molliorem Cato: aut ut idem, cum cuidam dixisset, *Estimus deambulatum,* & ille, *Quid opus fuit de?* Immo uero, inquit, quid opus fuit te? aut eiusdem responsio illa, *Si tu & aduersus & auersus impudicus.* Etiam interpretatio nominis habet acumen, cum ad ridiculum conuertas, quamobrem ita quis uocatur, ut ego nuper Nummium diuisorem, ut Neoptolemum ad Troiam, sic illum in campo Martio non inuenisse. Atque hæc omnia uerbo continentur. Sæpe etiam uersus facete interponitur, uel ut est, paululum immutatus, aut aliqua pars uersus,

faciens



us Scauro stomachanti ; ex quo sunt nonnulli ,
 tuam legem de ciuitate natam Crasse dicant :
 tacete ; quid hoc clamoris est ? quibus nec pater ,
 nec mater sit ,
 ita confidentia estis ? auferre istam enim superbiam .
 tam in Calio sane etiam ad causam utile fuit tu-
 illud Antoni ; cum ille à se pecuniam profectam
 ret testis , & haberet filium deliciosem , abeum-
 in illo ,
 tin' senem esse tactum triginta minis ?
 hoc genus conijciuntur proueria : ut illud Sci-
 nis , cum Asellus omnes prouincias stipendia me-
 rem se peragrasse gloriaretur , Agas Asellum .
 cetera . Quare ea quoque , quoniam mutatis uer-
 non possunt retinere eandem uenustatem , non in
 sed in uerbis posita ducantur . Est etiam in uer-
 positum non insulsum genus ex eo , cum ad uer-
 , non ad sententiam rem accipere uideare . ex
 uno genere totus est Tutor , mimus uetus , oppi-
 didiculus . Sed ab eo à mimis : tantum genus huius
 culi insigni aliqua & nota re notari uolo . Est au-
 ex hoc genere illud , quod tu Crasse nuper ei , qui
 ppasset , num tibi molestus esset futurus , si ad te
 e ante lucem uenisset : Tu uero , inquisti , molestus
 eris : Iubebis igitur te , inquit , suscitari ? & tu ,
 te negaras te molestum futurum . Ex eodem hoc
 is illud est , quod aiunt Maluginensem illum M.
 tionem , cum ex centuria sua renunciaret Acidi-
 n Consullem ; praeterea dixisset , Dic de L. Manlio :
 um bonum , inquit , egregiumq; auem esse arbi-



D E O R A T O R E

error. Ridicule etiam illud L. Porcius Nasica Censoris
 Catoni, cum ille, Ex tui animi sententia tu uxorem
 habes? Non hercule, inquit, ex animi tui sententia.
 Hec aut frigida sunt, aut tum salsa, cum aliud est
 expectatum. natura enim nos, ut ante dixi, nos
 delectat error: ex quo cum quasi decepti sumus expe-
 ctatione, ridemus. In uerbis etiam illa sunt, quae
 aut ex immutata oratione ducuntur, aut ex unius
 uerbi translatione, aut ex inuersione uerborum: Et
 immutatione, ut olim Rusca cum legem ferret anti-
 nalem, dissuasor M. Seruilius, Dic mihi, inquit,
 M. Pinnari, num, si contra te dixero, mihi malum
 dicturus es, ut ceteris fecisti? Ut sementem feceris
 ita metes, inquit. Ex translatione autem, ut cum
 Scipio ille maior Corinthijs statuam pollicentibus
 loca, ubi aliorum essent Imperatorum, turmales dixit
 exit displicere. Inuertuntur autem uerba, ut Crassus
 apud M. Perpennam iudicem pro Aculeone cum dis-
 ceret. aderat contra Aculeonem Gratidiano L. Aelius
 Lamia, deformis, ut nostis: qui cum interpellaret
 odiose, Audiamus, inquit, pulchellum puerum
 Crassus. Cum esset arrisum, Non potui mihi, inquit,
 Lamia, formam ipse fingere, ingenium potui. Tum
 hic, Audiamus, inquit, disertum: multo etiam ar-
 risum est uehementius. Sunt etiam illa uenusta, ut
 in grauibus sententis, sic in facetijs. dixi enim du-
 dum materiam aliam esse ioci, aliam seueritatis,
 grauium autem et iocorum unam esse rationem.
 Ornant igitur in primis orationem uerba relata con-
 erarie: quod idem genus saepe est etiam facetum: ut



ruius ille Galba, cum iudices L. Scribonio Tribu-
 pl. ferret familiares suos, & dixisset Libo, Quan-
 tandem Galba de triclinio tuo exhibis? Cum tu, in-
 it, de cubiculo alieno. A quo genere ne illud quidem
 erimum distat, quod Glaucia Metello, Villam in
 burte habes, cortem in Palatio. Ac uerborum qui-
 n genera; quæ essent faceta, dixisse me puto:
 um plura sunt, eaq; magis, ut dixi ante, riden-
 , in quibus est narratio. res sane difficilis. expri-
 nda enim sunt, & ponenda ante oculos ea, quæ
 leantur & uerisimilia, quod est proprium narra-
 us, & quæ sint, quod ridiculi proprium est,
 turpia: cuius exemplum, ut breues simus, sit
 e illud, quod ante posui, Crassi de Memmio. Et
 hoc genus ascribamus etiam narrationes apologo-
 m. Trahitur etiam aliquid ex historia: ut cum
 . Titius se Cassandram esse diceret, Multos, in-
 e Antonius, possum tuos Aiaces Oileos nominare.
 etiam ex similitudine, quæ aut collationem ha-
 , aut tanquam imaginem; Collationem, ut ille
 llus olim testis in Pisonem, cum innumerabilem
 gio præfecto pecuniam dixisset datam, idq; Scäu-
 r tenuitate Magij redargueret, Erras, inquit,
 ure: ego enim Magium non conseruasse dico, sed,
 quam nudus nucis legeret, in uentrem abstulisse.
 illud M. Cicero senex, huius uiri optimi, nostri
 ularis, pater; nostros homines similes esse Syro-
 m uenaliuum; ut quisque optime Græce sciret, ita
 nequissimum. Valde autem ridentur etiam ima-
 es, quæ fere in deformitatem, aut in aliquod ui-



D E O R A T O R E

tium corporis ducuntur cum similitudine turpioris: ut meum illud in Helmiu Manciam, Iam ostendam cuiusmodi sis: cum ille, Ostende, quaeso; demonstraui digito pictum Gallum in Mariano scuto Cimbrico sub Nouis, distortum, eiecta lingua, buccis fluentibus: risus est commotus: nihil tam Manciae simile uisum est: ut cum Sestio Penario mentum in dicendo intorquenti, tum ut diceret si quid uellet, si nucem fregisset. Etiam illa, quae minuendi, aut augendi causa ad incredibilem admirationem efferuntur, uelut tu Crasse in concione, ita sibi ipsum magnum uideri Memmium, ut in forum descendens caput ad fornicem Fabij demitteret. Ex quo genere etiam illud, quod Scipio apud Numantiam, cum stomacharetur cum C. Metello, dixisse dicitur; Si quintum pareret mater eius asinum fuisse parituram. Arguta etiam significatio est, cum parua re, & saepe uerbo res obscura & latens illustratur: ut cum C. Fabricio P. Cornelius, homo, ut existimabatur, auarus, & furax, sed egregie fortis, & bonus Imperator, gratias ageret, quod se homo inimicus Consullem fecisset, bello praesertim magno & graui; Nihil est, quo mihi gratias agas, inquit, si malui compulari, quam uenire. Ut Asello Africanus obijceni lustrum illud infelix, Noli, inquit, mirari: is enim, qui te ex aerijs exemit, lustrum condidit, & taurum immolauit. Tanta suspicio est, ut religione ciuitatem obstrinxisse uideatur Mummius, quod Asellum ignominia leuarit. Urbana etiam dissimulatio est, cum alia dicuntur ac sentias; non illo genere, de



o ante dixi, cum contraria dicas, ut Lamiae Cras-
 ; sed cum toto genere orationis seuerè ludas, cum
 ter sentias ac loquare: ut noster Scaeuola Septu-
 leio illi Anagnino, cui pro C. Gracchi capite erat
 num repensum, roganti, ut se in Asiam præse-
 um duceret, Quid tibi uis, inquit, insane? tanta
 clorum est multitudo ciuium, ut tibi ego hæc con-
 nem, si Roma manseris, te paucis annis ad maxi-
 s pecunias esse uenturum. In hoc genere Fannius
 annalibus suis Africanum hunc Acemilianum di-
 fuisse, & eum Graco uerbo appellat ἔργωα: sed
 ferunt, qui melius hæc norunt, Socratem opinor
 hac ironia dissimulantiaq; longe lepore & huma-
 ate omnibus præstitisse. genus est perelegans, &
 n grauitate falsum, cumq; oratorijs dictionibus,
 n urbanis sermonibus accommodatum. Et hercule
 mia hæc, quæ à me de facetijs disputantur, non
 iora forensium actionum, quàm omnium sermo-
 m condimenta sunt. Nam quod apud Catonem
 ; qui multa retulit, ex quibus à me exempli causa
 lea ponuntur, per mihi scitum uidetur, C. Publi-
 m solitum dicere, P. Mummiu cuius tempore
 ninem esse. Sic profecto res se habet, nullum ut
 uitæ tempus, in quo non deceat leporem huma-
 itemq; uersari. Sed redeo ad cætera. Est huic fi-
 mum dissimulationi, cum honesto uerbo uitiosa
 appellatur: ut cum Africanus Censor tribu mo-
 at eum centurionem, qui in Pauli pugna non af-
 rat: cum ille se custodia causa diceret in castris
 ansisse, quæreretq; cur ab eo notaretur; Non



amo, inquit, nimium diligentes. Acutum etiam illud est, cum ex alterius oratione aliud excipias, atque ille uult: ut Salinatori Maximus, cum Tarento amisso arcem tamen Linius retinisset, multaq; ex ea praelia praeclara fecisset, cum aliquot post annis Maximus id oppidum recepisset, rogaretq; eum Salinator, ut meminisset opera sua se Tarentum recepisse; Quid ni, inquit, meminерim? nunquam ego recepissem, nisi tu perdidisses. Sunt etiam illa subabsurda, sed eo ipso nomine saepe ridicula, non solum mimis perapposita, sed etiam quodam modo nobis: Homo fatuus, postquam rem habere coepit, est mortuus. Quid est tibi ista mulier? uxor? similis medius fidius. Quandiu ad aquas fuit, nunquam est mortuus. Genus hoc leuius, & ut dixi, mimicum: sed habet nonnunquam aliquid etiam apud nos loci, ut uel non stultus quasi stulte cum sale dicat aliquid: ut tibi Antoni Mancina, cum audisset te Censorem à M. Duroonio de ambitu postulatum, Aliquando, inquit, tibi tuum negotium agere licebit. Valde haeridentur, & hercule omnia, quae à prudentibus quasi per dissimulationem non intelligendi subabsurde falsaeq; dicuntur. Ex quo genere est etiam, non uideri intelligere quod intelligas, ut Pontidius, Qualem existimas, qui in adulterio deprehenditur? tardum. Ut ego, qui in delectu Metello, cum excusationem oculorum à me non acciperet, & dixisset, Tu igitur nihil uides? Ego uero inquam à porta Esquilina uideo uillam tuam. Ut illud Nasicae, qui cum ad poeram Ennium uenisset, eiq; ab ostio quaerenti Ennium,



illa dixisset domi non esse, Nascica sensit illam do-
 i iussu dixisse, & illum intus esse. paucis post die-
 cum ad Nasicam uenisset Ennius, & eum à ia-
 quareret, exclamat Nascica, se domi non esse:
 Ennius, Quid? ego non cognosco uocem, inquit,
 n? Hic Nascica, Homo es impudens: ego, cum te
 trerem, ancillæ tuæ credidi te domi non esse; tu
 i non credis ipsi? Est bellum illud quoque, ex quo
 ui dixit, irridetur in eo ipso genere, quod dixit:
 eum Q. Opimius consularis, qui adolescentulus
 e audisset, festiuo homini Egilio, qui uideretur
 uior, nec esset, dixisset,
 uid tu Egilia mea,
 ando ad me uenis cum tua colu & lana?

n pol, inquit, audeo:

u me ad famosas uetuit mater accedere.

sunt etiam, quæ habent suspicionem ridiculi
 nditam: quo in genere est illud Siculi, qui, cum
 liaris quidam quereretur, quòd diceret uxorem
 suspendisse se de ficu, Amabo te, inquit, da mi-
 lista arbore quos seram surculos. In eodem genere
 quod Catulus dixit cuidam oratori malo: qui cum
 ilogo misericordiam se mouisse putaret, postquam
 it, rogauit hunc, uideretur ne misericordiam mo-
 e: ac magnam quidem, inquit: neminem enim pu-
 te tam durum, cui non oratio tua miseranda uisa
 te quidem hercule ualde illa mouent stomachosa,
 asi submorosa ridicula, non cum à moroso dicun-
 tum enim non sal, sed natura ridetur. in quo,
 tibi uidetur, persalsum illud est apud Nouium:



D E O R A T O R E

Quid ploras pater? mirum, ni cantem: condemnatus sum. Huic generi quasi contrarium est ridiculi genus patientis ac lenti: ut cum Cato percussus esset ab eo, qui arcam ferebat, cum ille diceret, Caue; rogauit nunquid aliud ferret præter arcam. Etiam stultitiæ falsa reprehensio: ut ille Sículus, cui Prætor Scipio patronum causæ dabat hospitem suum, hominem nobilem, sed admodum stultum: Quæso, inquit, Prætor aduersario meo ad istum patronum; deinde mihi neminem dederis. Mouent illa etiam, quæ coniectura explanantur longe aliter atque sunt, sed acute atque concinne: ut cum Scæurus accusata Rutilium ambitus, cum ipse Consul esset factus, ille repulsam tulisset; & in eius tabulis ostenderet literas, A. F. P. R. idq; diceret esse, Actum fide P. Rutilij; Rutilius autem, Ante factum, post relatam; C. Canius eques R. cum Ruso adesset, exclamat neutrum illis literis declarari. Quid ergo, inquit Scæurus? Aemilius fecit, plectitur Rutilius. Ridentur etiam discrepantia, Quid huic abest, nisi res & uirtus? Bella etiam est familiaris reprehensio quasi errantis: ut cum obiurgauit Albutium Granius, quòd, cum eius tabulis quiddam Albutio probatum uideretur, & ualde absoluto Scæuola gauderet, neque intelligeret contra suas tabulas esse iudicatum. Huic similis est etiam admonitio in consilio dando familiaris: ut cum patrono malo, cum uocem in dicendo obtudisset, suadebat Granius, ut mulsum frigidum biberet simulac domum redisset: Perdam, inquit, uocem, si id fecero: melius est, inquit, quàm



n. Bellum etiam est, cum, quid cuique sit con-
 tinentum, dicitur: ut cum Scavrus nonnullam
 ret inuidiam ex eo, quod Phrygionis Pompeij, lo-
 tetis hominis, bona sine testamento possederat; se-
 ius; aduocatus reo Bestiæ; cum finis quoddam
 retur, accusator C. Memnius, Vide, inquit,
 ure, mortuus rapitur, si potes esse possessor. Sed
 is omnibus nihil magis ridetur, quam quod est
 ter expectationem: cuius innumerabilia sunt
 pla, uel Appij maioris illius, qui in senatu,
 ageretur de agris publicis, & de lege Thoria,
 premeretur Lucilius ab ijs, qui à pecore eius de-
 agros publicos dicerent, Non est, inquit, Lu-
 pecus illud, erratis: (defendere Lucilium uideba-
 ego liberum puto esse: quæ lubet pascitur. Pla-
 tiam mihi illud Scipionis illius, qui Ti. Grac-
 n perculit, cum ei M. Flaccus, multis probris ob-
 s, P. Mucium iudicem tulisset; Eiero, inquit,
 uis est. cum esset admurmuratum, Ah, inquit,
 non ego mihi illum iniquum eiero, uerum om-
 s. Ab hoc uero Crasso nihil facetius: cum lafis-
 testis Silus Pisonem, quod se in eum audisse di-
 t; Potest fieri, inquit, Sile, ut is, unde te au-
 didicis, iratus dixerit: annuit Silus. potest etiam,
 non recte intellexeris: id quoque toto capite an-
 ut se Crasso daret. potest etiam fieri inquit,
 nino, quod te audisse dicis, nunquam audie-
 hoc ita præter expectationem accidit, ut testem
 eum risus obrueret. Huius generis est plenus Næ-
 & iocus est familiaris,



D E O R A T O R E

Sapiens si algebis, tremes. & alia perimulta.

Sæpe etiam facete concedas aduersario id ipsum quod tibi ille detrahit, ut C. Lælius, cum ei quidam malo genere natus diceret indignum esse suis maioribus, At hercule, inquit, tu tuus dignus. Sæpe etiam sententiose ridicula dicuntur: ut M. Cincius, quo de legem de donis & muneribus tulit, cum C. Censor prodiisset, & satis contumeliose, quid fers Cinciole quæsisset: Vt emas, inquit, Cai, si uti uelis. Sæpe etiam false, quæ fieri non possunt, optantur: ut M. Lepidus, cum cæteris in campo exercentibus in herba ipse recubisset, Vellem hoc esset, inquit, laborare. Salsum est etiam, quærentibus, & quasi percontantibus, lente respondere quod nollent: ut Censor Lepidus, cum M. Antistio Pyrgensi equum ademissa amiciq; cum uociferarentur, & quærerent quid illi patri suo responderet, cur ademptum sibi equum diceret, cum optimus colonus, parcissimus, modestissimus, frugalissimus esset, Me istorum, inquit, nihilo credere. Colliguntur à Græcis alia nonnulla, execrationes, admirationes, minationes. Sed hæc ipsa nimis mihi uideor multa in genera descripsisse. nam illa quæ uerbi ratione, & uerba continentur, certa fere ac definita sunt; quæ plerunque, ut ante dixi, laudari magis, quàm rideri solent: hæc autem, quæ sunt in re, & in ipsa sententia, partibus sunt innumerabilia, generibus pauca. expectationibus enim decipiendis, & naturis aliorum irridendis, ipsorum ridiculis, indicandis, & similitudine turpioris, & dissimulatione, & subabsurda dicendo, & stulta reprehendendo.



s mouentur. itaque imbucndus est is, qui iocose
dicere, quasi natura quadam apta ad hęc gene-
moribus; ut ad cuiusque modi genus ridiculi
us etiam accommodetur: qui quidem quo seue-
est & tristior, ut in te Crasse, hoc illa, quę di-
per, falsiora uideri solent. Sed iam tu Antoni,
n hoc diuersorio sermonis mei libenter acquie-
te esse dixisti; tanquam in Pontinum diuerte-
neque amœnum, neque salubrem locum, cen-
satis diu te putes requiesse, & iter reliquum
ere pergas. Ego uero atque hilare quidem à te
tus, inquit: & cum doctior per te, tum etiam
cior factus sum ad iocandum. non enim ue-
ne quis me in isto genere leuiorem iam putet;
iam quidem tu Fabricios mihi auctores, & Afri-
os, Maximos, Catones, Lepidos protulisti. Sed
is ea, quę uoluistis ex me audire: de quibus
em accuratius dicendum, & cogitandum fuit:
cetera facilia sunt, atque ex ijs, quę iam di-
unt, reliqua nascuntur omnia. Ego enim cum
isam sum aggressus, atque omnia cogitando,
facere potui, persecutus, cum & argumenta
is, & eos locos, quibus animi iudicium concilian-
& illos, quibus permouentur, uidi atque cognoui;
onstituo, quid habeat quęque causa boni, quid
nnulla enim sere res potest in dicendi discepta-
is aut controversiam uocari, quę non habeat
que: sed, quantum habeat, id refert. mea autem
in dicendo hęc esse solet, ut, boni quod habeat,
plectar, exornem, exaggerem, ibi commorer;

D E O R A T O R E

*ibi habitem, ibi hæream: à malo autem uitioq; cau-
 se ita recedam, non ut id me defugere appareat, sed
 ut totum bono illo ornando & augendo dissimulatum
 obruatur. Et si causa est in argumentis, firmissima
 quæque maxime tueor, siue plura sunt, siue aliqua
 unum. Si autem in conciliatione, aut in permotio-
 ne causa est; ad eam me potissimum partem, quæ
 maxime commouere animos hominum potest, confite-
 ro. Summa denique huius generis hæc est, ut, si in-
 fellendo aduersario firmior esse oratio, quàm in con-
 firmandis nostris rebus, potest, omnia in illum confi-
 ram tela: sin nostra facilius probari, quàm illa re-
 dargui possunt; abducere animos à contraria defen-
 sione, & ad nostram conor traducere. Duo denique
 illa, quæ facillima uidentur, quoniam, quæ diffi-
 cilia sunt, non possum, mihi pro meo iure sum-
 unum, ut molesto, aut difficili argumento, aut le-
 co nonnunquam omnino nihil respondeam: quod for-
 sitan aliquis iure irriserit: quis enim est, qui id se-
 cere non possit? sed tamen ego de mea nunc, non de
 aliorum facultate disputo; confiteorq; me, si qua
 premat res uehementius, ita cedere solere, ut non
 modo non abiecto, sed ne reiecto quidem scuto fugi-
 re uidear; sed adhibere quandam in dicendo speciem
 atque pompam, & pugne similem fugam; consisti-
 re uero in meo præsidio, sic ut non fugiendi hostis,
 sed capiendi loci causa cessisse uidear. Alterum est il-
 lud, quod ego oratori maxime cauendum & pro-
 uidendum puto, quodq; me sollicitare summe solat.
 non tam, ut prosim causis, elaborare soleo, quàm*



Quid obisim: non quin enitendum sit in utroque:
 nomen multo est turpius oratori, nocuisse uideri
 , quàm non profuisse. Sed quid hoc loco uos
 uos Catule? an hac, ut sunt contemnenda,
 annitis? Minime, inquit, ille: sed Caesar de isto ip-
 piddam uelle dicere uidebatur. Me uero luben-
 pquit Antonius, dixerit, siue refellendi causa,
 uerendi. Tum Iulius, Ego mehercule, inquit,
 si semper is fui, qui de te oratore sic prædica-
 unum te in dicendo mihi uideri rectissimum;
 iumq; hoc esse laudis tue, nihil à te unquam
 ietum, quod obisset ei, pro quo diceres: idq;
 ria teneo, cum mihi sermo cum hoc ipso Crasso
 audientibus esset de te institutus, Crassusq;
 his uerbis eloquentiam laudaret tuam, dixisse
 cum cæteris tuis laudibus hanc esse uel maxi-
 , quòd non solum, quod opus esset, diceres, sed
 , quod non opus esset, non diceres: tum illum
 espondere memini; cætera in te summe esse lau-
 , illud uero improbi esse hominis, & perfidio-
 ere quod alienum esset, & nocere ei, pro quo
 ue diceret; quare non sibi eum disertum, qui id
 cæceret, uideri, sed improbum, qui faceret.
 , si tibi uidetur Antoni, demonstres uelim,
 tu hoc ita magnum putes, nihil in causa ma-
 re, ut nihil tibi in oratore maius esse uidea-
 Dicam equidem Caesar, inquit, quid intelli-
 sed & tu, & uos omnes hoc, inquit, memen-
 non me de perfecti oratoris diuinitate quadam
 sed de execrationis & consuetudinis meæ



D E O R A T O R E

mediocritate . Crassi quidem responsum excellent
 cuiusdam est ingenij ac singularis : cui quidem pon
 tenti simile esse visum est , posse aliquem invent
 oratorem , qui aliquid mali faceret dicendo , ob
 setq; ei , quem defenderet . facit enim de se coniectu
 ram : cuius tanta vis ingenij est , ut numquam
 consulto putet , quod contra se ipsum sit , dicit
 sed ego non de prostanti quadam & eximia ,
 prope de vulgari & communi prudentia dissi
 ut apud Græcos fertur incredibili quadam magni
 dine consilij acque ingenij Atheniensis ille fuisse The
 mistocles : ad quem quidam doctus homo , atque
 primis eruditus accessisse dicitur , eiq; artem memo
 riæ , quæ cum primum proferebatur , pollicatus
 se traditurum . cum ille quaesisset , quidnam illa
 efficere posset ; dixisse illum doctorem , ut omnia
 meminisset : & ei Themistoclem respondisse , gratias
 sibi illum esse facturum , si se obliuisci quæ uellet
 quàm si meminisse docuisset . Vides ne quæ uis in ho
 mine acerrimi ingenij , quàm potens , & quàm
 mens fuerit ? qui ita responderit , ut intelligere possi
 mus , nihil ex illius animo , quod semel esset infusus
 unquam effluere potuisse : cum quidem ei fuerit
 optabilius obliuisci posse potius , quod meminissent
 let , quàm , quod semel audisset , uidisset ue , memin
 se . Sed neque propter hoc Themistoclis responsum me
 moriæ nobis opera danda non est : neque illa mea ca
 tio , & timiditas in causis prostantem prudentiam
 Crassi negligenda est . uterque enim istorum mihi
 mihi attulit aliquam , sed suam significauit facit



etenim per multa sunt in causis, in omni par-
 titionis circumspectanda, ne quid offendas, ne quò
 us. Sæpe aliquis testis aut non laedit, aut minus
 , nisi laessatur: orat reus, urgent aduocati,
 uehamur, ut male dicamus, denique ut inter-
 mus: non moueor, non obtempero, non satisfa-
 neque tamen ullam assequor laudem. Homines
 imperiti facilius, quod stulte dixeris, reprehend-
 quàm, quod sapienter tacueris, laudare pos-
 Hic quantum fit mali, si iracundus, si non stul-
 si non leuem testem laeseris: habet enim & uo-
 tem nocendi in iracundia, & uim in ingenio,
 indus in uita: nec, si hoc Crassus non commit-
 leo non multi, & sæpe committunt: quo qui-
 mihi uideri turpius nihil solet, quàm cum ex-
 ris dicto aliquo, aut responso, aut rogato, ser-
 e sequitur, Occidit ille? aduersarium ne? immo
 diuine, se, & eum, quem defendit. Hoc Crassus
 utat nisi perfidia accidere posse: ego autem sæ-
 le uideo in causis aliquid mali facere homines
 ne malos. Quid illud, quod supra dixi, solere
 dere, & ut planius dicam, fugere ea, quæ
 causam meam premerent? cum id non faciunt
 versanturq; in hostium castris, ac sua presidia
 unt, mediocriter ne causis nocent? cum aut
 riorum adiumenta confirmant, aut ea, quæ
 nequeunt, exulcerant? Quid, cum perso-
 u, quas defendunt, rationem non habent? si
 ne in his inuidiosa, non mitigant extenuan-
 sed laudando & effereudo inuidiosiora fa-

DE ORATORE

ciunt, quantum est in eo tandem mali? Quid, si in homines charos, iudicibusq; iucundos sine ulla praemunitione orationis acerbius, & contumeliosius inuehare, nonne abs te iudices abalienes? Quid? si quae uitia, aut incommoda sunt in aliquo iudice uno, aut pluribus, ea tu in aduersarijs exprobrando non intelligas te in iudices inuehi, mediocre peccatum est? Quid? si, cum pro altero dicas, litem tuam facias, aut laesus efferare iracundia, causam relinquas, nihilne noceas? In quo ego, non quo libenter male audiam, sed quia ego causam non libenter relinquo, nimium patiens, & lentus existimor: ut cum te ipsum Sulpici obiurgabam, quod ministratorum peteres, non aduersarium. ex quo etiam illud assequor, ut, si quis mihi male dicat, petulans aut plerumque insanus esse uideatur. In ipsis autem argumentis quid posuerimus aut aperte falsum, aut ei, qui dixeris, dicturusue sis, contrarium, aut genere ipso remotum ab usu iudiciorum ac foro, nihilne nocent? Quid multa? omnis cura mea solet in hoc uersa semper, (dicam enim saepius) si possim, ut boni quid efficiam dicendo: sin id minus, ut certe ne quid mali. itaque nunc illuc redeo Catule, in quo tu paulo ante laudabas, ad ordinem, collocationem rerum, ac locorum. Cuius ratio est duplex: altera quam affert natura causarum: altera, quae orationum iudicio & prudentia comparatur. Nam ut aliquid ante rem dicamus, deinde ut rem exponamus post ut eam probemus nostris praesidijs confirmando contrarijs refutandis, deinde ut concludamus, aequum

ita



peroremus, hoc dicendi genus natura ipsa præ-
 ibit. Ut uero statuamus, ea, quæ probandi, do-
 cendi, persuadendi causa dicenda sunt, quemad-
 modum componamus, id est uel maxime proprium
 oratoris prudentiæ. Multa enim occurrunt argu-
 menta, multa, quæ in dicendo profutura uideantur:
 eorum partim ita leuia sunt, ut contemnenda
 sint; partim, etiam si quid habent adiumenti, sunt
 nunquam eiusmodi, ut insit in ijs aliquid uitij;
 ne tanti sit illud, quod prodesse uideatur, ut cum
 uo malo coniungatur. quæ autem sunt utilia
 se firma, si ea tamen, ut sæpe fit, ualde multa
 sunt, ea, quæ ex ijs aut leuissima sunt, aut alijs
 uioribus consimilia, secerni arbitror oportere, at-
 que ex oratione remoueri. Equidem, cum colligo ar-
 gumenta causarum, non tam ea numerare soleo,
 quam expendere. Et quoniam, quod sæpe iam dixi,
 in rebus omnes ad nostram sententiam perducen-
 di, aut docendo, aut conciliando, aut permouen-
 da una ex tribus his rebus res præ nobis est ferenda,
 nihil aliud nisi docere uelle uideamur: reliquæ
 sicuti sanguis in corporibus, sic illæ in perpetuis
 orationibus fusæ esse debebunt. Nam & principia,
 ceteræ partes orationis, de quibus paulo post pauca
 dicemus, habere hanc uim magnopere debent, ut ad
 animas mentes, apud quos agetur, mouendas perma-
 nere possint. Sed his partibus orationis, quæ etsi ni-
 uocent argumentando, persuadendo tamen &
 permouendo proficiunt plurimum, quanquam ma-
 gis proprius est locus & in exordiando, & in per-



D E O R A T O R E

orando: digredi tamen ab eo, quod proposueris atque agas, permouendorum animorum causa, sepe utile est. itaque uel narratione exposita sepe datur ad commouendos animos digrediendi locus: uel, argumentis nostris confirmatis, uel contrarijs refutatis, uel utroque loco, uel omnibus, si habet eam causa dignitatem atque copiam, recte id fieri potest: eaq; causa sunt ad agendum, & ad ornandum grauissima atque plenissima, quae plurimos exitus dant ad eiusmodi digressionem, ut ijs locis uti liceat, quibus animorum impetus eorum, qui audiunt, aut impellantur, aut reflectantur. Atque etiam in illo reprehendo eos, qui, quae minime firma sunt, ea prima collocant. In quo illos quoque errare arbitror; quod si quando, id, quod mihi nunquam placuit, plures adhibent patronos, ut in quoque eorum minimum putant esse, ita eum primum uolunt dicere. res enim hoc postulat, ut eorum expectationi, qui audiunt, quam celerissime occurratur: cui si initio satisfactum non sit, multo plus sit in reliqua causa laborandum. male enim se res habet, quae non statim, ut dici coepit, melior fieri uidetur. Ergo ut in oratore optimus quisque, sic & in oratione firmissimum quidque sit primum: dum illud tamen in utroque tenetur, ut ea, quae excellent, seruentur etiam ad perorandum; si quae erunt mediocria, (nam uitiosis nunquam esse oportet locum) in mediam turbam atque in gregem conijciantur. Hisce omnibus rebus consideratis, tum denique id, quod primum est dicendum, postremo soleo cogitare, quo utar exordio.



n si quando id primum inuenire uolui, nullum
 si occurrit, nisi aut exile, aut nugatorium, aut
 gane atque commune. principia autem dicendi
 per cum accurata, & acuta, & instructa senten-
 tiis, apta uerbis, tum uero causarum propria esse
 debent. prima est enim quasi cognitio & commen-
 tio orationis in principio, quæ continuo eum, qui
 lit, permulcere atque allicere debet. In quo admi-
 soleo non equidem istos, qui nullam huic rei ope-
 dederunt; sed hominem in primis disertum at-
 eruditum Philippum, qui ita solet ad dicendum
 gere, ut, quod primum uerbum habiturus sit, ne-
 : & ait idem, cum brachium concalefecerit,
 se solere pugnare: neque attendit, eos ipsos, un-
 noc simile ducat, illas primas hastas ita iactare
 ter, ut & uenustati uel maxime seruiant, &
 quis uiribus suis consulant. Neque est dubium,
 n exordium dicendi uehemens, & pugnax non
 esse debeat: sed, si in ipso illo gladiatorio uitæ
 xmine, quo ferro decernitur, tamen ante con-
 sum multa fiunt, quæ non ad uulnus, sed ad
 uiam ualere uideantur; quanto hoc magis in ora-
 e expectandum est, in qua non uis potius, sed
 etatio postulatur? Nihil est denique in natura re-
 a omnium, quod se uniuersum profundat, &
 d totum repente euolet. sic omnia, quæ fiunt,
 q; aguntur acerrime, leuioribus principijs natu-
 osa prætexit. Hæc autem in dicendo non extrin-
 s aliunde querenda, sed ex ipsis uisceribus cau-
 umenda sunt. iccirco, tota causa pertentata,



D E O R A T O R E

atque perspecta, locis omnibus inuentis atque in-
 structis, considerandum est quo principio sit uten-
 dum. sic enim facile reperietur. sumentur enim ex
 ijs rebus, quæ erunt uberrimæ, uel in argumentis
 uel in ijs partibus, ad quas dixi digredi sæpe oportet
 re. ita & momenti aliquid afferent, cum erunt pe-
 ne ex intima defensione deprompta; & apparebit
 ea non modo non esse communia, nec in alias causas
 posse transferri, sed penitus ex ea causa, qua agitur,
 defluxisse. Omne autem principium aut re-
 totius, quæ agitur, significationem habere debet
 aut aditum ad causam & munitionem, aut quod-
 dam ornamentum & dignitatem. Sed oportet, ut
 ædibus ac templis uestibula & aditus, sic causis prin-
 cipia proportione rerum præponere. itaque in partibus
 atque infrequentibus causis ab ipsa re est exordium
 sæpe commodius. Sed cum erit utendum principio,
 quod plerunque erit; aut ex reo, aut ex aduersario,
 aut ex re, aut ex eis, apud quos agitur, sententia
 duci licebit. Ex reo, (reos appello, quorum res est)
 quæ significant uirum bonum, quæ liberalem, quæ
 calamitosum, quæ misericordia dignum, quæ uer-
 leant contra falsam criminationem. Ex aduersario,
 iisdem ex locis fere contraria. Ex re, si crudelis, si
 infanda, si præter opinionem, si immerito, si mis-
 ra, si ingrata, si indigna, si noua, si quæ restitui
 sanariq; non possit. Ex ijs autem, apud quos age-
 tur, ut beneuolos, beneq; existimantes efficiamus;
 quod agendo efficitur melius, quàm rogando. est
 quidem in totam orationem confundendum, nec mi-



e in extremam, sed tamen multa principia ex genere gignuntur. nam & attentum, monente iudicem, ut principio faciamus iudicem, & docilem: sunt utilia, sed non principij magis propria, quam reliquarum partium; faciliora etiam in principijs, quod & attentum maxime sunt, cum omnia expectant, & dociles magis initijs esse possunt. Viriora enim sunt, quæ in principijs, quam quæ in medijs causis dicuntur, aut arguendo, aut reuocando. Maxima autem copia principiorum, ad iudicem aut alliciendum, aut incitandum, ex ijs locis habetur, qui ad motus animorum conficiendos in causa: quos tamen totos in principio explicare non oportebit, sed tantum impelli primo iudicem, ut iam inclinato reliqua incumbat oratio. Verum autem ita sit principium consequenti orationi, ut non tanquam citharædi proœnium afficiat aliquod, sed coherens cum omni corpore membra esse uideatur. nam nonnulli cum illud medididerunt, sic ad reliqua transeunt, ut audientibus sibi fieri uelle uideantur. Atque eiusmodi illa oratio debet esse, non ut Samnitum, qui uibrant ante pugnam, quibus in pugnando nihil habetur; sed ut ipsis sententijs, quibus proluserunt, pugnare possint. Narrare uero rem quod breuiter: si breuitas appellanda est, cum uerbum in redundet; breuis est L. Crassi oratio: sine breuitate, cum tantum uerborum est, quantum debet esse; aliquando id opus est, sed sæpe obest uel in narrando, non solum quod obscuritatem,

affert, sed etiam quòd eam uirtutem, quæ narra-
tionis est maxima, ut iucunda, & ad persuaden-
dum accommodata sit, tollit: uidelicet illa,

Nam is postquam excessit ex ephebis,
quàm longa est narratio mores adolescentis ipsius,
& seruilis percontatio, mors Chrysidis, uultus, &
forma, & lamentatio sororis, reliqua peruarie iucun-
dèq; narrantur. quòd si hanc breuitatem quæsisset,
Effertur, inuis, ad sepulcrum uenimus;

In ignem posita est; - in his fere decem uersibus
totum conficere potuisset: quanquam hoc ipsum, Ef-
fertur, inuis, concisum est; ita ut non breuitati ser-
uitum sit, sed magis uenustati. Quòd si nihil fuisse,
nisi, In ignem posita est; tamen res tota cognosci fa-
cile potuisset. Sed & festiuitatem habet narratio di-
stineta personis, et interpuncta sermonibus: et est pre-
babilius quod gestum esse dicas, cum, quemadmodum
actum sit, exponas: & multo apertius ad intellige-
dum est, si sic constituitur aliquando, ac non ista bre-
uitate percurritur. apertam enim narrationem esse
esse oportet, quàm cetera: sed hoc magis in hoc elabo-
randum est, quòd & difficilius est, non esse obscu-
rum in re narranda, quàm aut in principio, aut in
argumento, aut in purgando, aut perorando; &
maiore periculo hæc pars orationis obscura est, quàm
cetera: uel quia, si quo alio in loco est uictum quid
obscurius, tantum id perit, quod ita dictum est; nar-
ratio obscura totam obcecat orationem: uel quòd a-
lia possis, semel si obscurius dixeris, dicere alio loco
planius; narrationis unus est in causa locus. *Et*



tem perspicua narratio, si uerbis usitatis, si ordinem temporum conseruato, si non interrupte narrabitur. Sed quando utendum sit, aut non sit narrare, id est consilij: neque enim, si nota res est, nec dubium sit quid gestum sit, narrari oportet, nec aduersarius narrauit, nisi si refellemus: ac si quando erit narrandum, ne illa, quæ suspicionem crimen efficiunt, contraq; nos erunt, acriter persequamur, & quidquid poterit, detrahamus: ne illud, quod Crassus, si quando fiat, perfidia non uicia fieri putat, ut causæ noceamus, accidat: sed ad summam totius causæ pertinet, caute an res demonstrata sit; quod omnis orationis reuera fons est narratio. Sequitur ut causa ponatur: primo uidendum est, quid in controuersiam ueniat. Deinde suggerenda sunt firmamenta causæ coniuncta & infirmandis contrarijs & tuis confirmandis. Quæ una in causis ratio quædam est eius orationis: quæ ad præbandam argumentationem ualet: ea & confirmationem & reprehensionem quaerit: sed quia neque reprehendi, quæ contra dicuntur, non possunt, nisi tua confirmes; neque hæc confirmari, nisi illa reprehendas; ideo hæc & natura, & utilitate, & tractatione coniuncta sunt. Omnia autem concludenda plerunque rebus augendis; inflammando iudice, uel mitigando: omniaq; in superioribus orationis locis, tum maxime extremas mentes iudicum quammaxime permouendas; & utilitatem nostram uocandas, conferenda sunt.

¶ sane iam causa uidetur esse, cur secernamus



D E O R A T O R E

*ea praecepta, quae de susationibus tradenda sunt, aut
 laudationibus: sunt enim pleraque communia: sed
 tamen suadere aliquid, aut dissuadere, grauissima
 mihi uidetur esse persona. nam & sapientis &
 consilium explicare suum de maximis rebus; & ha-
 nesti, & disertis, ut mente providere, auctoritate
 probare, oratione persuadere possit. Atque haec in
 senatu minore apparatu agenda sunt. Sapiens enim
 est consilium, multisq; alijs dicendi relinquendus lo-
 cus, uitanda etiam ingenij ostentationis suffici-
 Concio capit omnem uim orationis, & grauitatem,
 uarietatemq; desiderat. Ergo in suadendo nihil &
 optabilius, quam dignitas: nam qui utilitatem pe-
 rat, non quid maxime uelit suator, sed quid irro-
 dum magis sequatur, uidet. Nemo est enim, pre-
 sertim in clara ciuitate, quin putet expectendam ma-
 xime dignitatem: sed uincit utilitas plerunque, cum
 subest ille timor, ea neglecta, ne dignitatem quidem
 posse retineri. Controuersia autem inter homines
 sententias aut in illo est, utrum sit utilius: et
 etiam cum id conuenit, certatur utrum honeste
 potius, an utilitati consulendum sit. Quae quia pe-
 gnare saepe inter se uidentur, qui utilitatem dese-
 det, enumerabit commoda pacis, opum, potentiae,
 pecuniae, uectigalium, praesidij, militum, utilia-
 res ceterarum rerum, quarum fructum utilitate ui-
 timur, itemq; incommoda contrariorum. Qui &
 dignitatem impellet, maiorum exempla, quae erant
 uel cum periculo gloriosa, colliget, posteritatis in-
 mortalem memoriam augebit, utilitatem ex lae*



i defendet, semperq; eam cum dignitate esse con-
 stam. Sed quid fieri possit, aut non possit, quidq;
 m sit necesse, aut non sit, in utraque re maxime
 uarendum. Inciditur enim omnis iam delibera-
 si intelligitur non posse fieri, aut si necessitas af-
 tur: & qui id docuit non uidentibus alijs, is plu-
 um uidit. Ad consilium autem de rep. dandum
 ut est, nosse remp. ad dicendum uero probabili-
 nosse mores ciuitatis: qui quia crebro mutantur,
 us quoque orationis est saepe mutandum. &
 quam una fere uis est eloquentiae, tamen quia
 ma dignitas est populi, grauissima causa reip.
 imi motus multitudinis, genus quoque dicendi
 idius quoddam & illustrius esse adhibendum ui-
 r, maximaq; pars orationis admouenda est ad
 norum motus nonnunquam aut cohortatione,
 commemoratione aliqua aut in spem, aut in
 m, aut ad cupiditatem, aut ad gloriam conci-
 os; saepe etiam a temeritate, iracundia, spe, in-
 t, inuidia, crudelitate reuocandos. Fit autem,
 quia maxima quasi oratori scena uideatur con-
 natura ipsa ad ornatius dicendi genus excitetur.
 et enim multitudo uim quandam talem, ut,
 uadmodum tibicem sine tibijs canere, sic orator
 multitudine audiente eloquens esse non possit.
 um sint populares multi, uarij q; lapsus, uitan-
 st acclamatio aduersa populi, quae aut orationis
 ato aliquo excitatur, si aspere, si arroganter, si
 riter, si sordide, si quoquo animi uitio dictum
 aliquid uideatur; aut hominum offensione uel



inuidia, quæ aut iusta est, aut ex criminatione atque fama; aut res si displicet; aut si est in aliquo motu suæ cupiditatis aut metus multitudo: hisq; quatuor causis totidem medicinæ opponuntur; tum obiurgatio, si est auctoritas; tum admonitio, quasi lenior obiurgatio; tum promissio, si audierint, probaturos; tum deprecatio, quod est infirmum, sed nonnunquam utile. Nullo autem loco plus facietia presunt, & celeritas, & breue aliquod dictum nec sine dignitate, & cum lepore. Nihil enim tam facile, quàm multitudo à tristitia, & sæpe acerbitate, commode ac breuiter, & acute, & hilare dicto deducitur. Exposui fere, ut potui, uobis, in utroque genere causarum quæ sequi solem, quæ fugere, quæ spectare, quæ omnino in causis ratione uersari. Na illud tertium laudationum genus est difficile; quod ego initio quasi à præceptis nostris secreueram: sed & quia multa sunt orationum genera, & grauiora, & maioris copie, de quibus nemo fere præciperet; & quòd nos laudationibus non ita multum uti solemus; totum hunc segregabam locum. ipsi enim Graeci legendi: qui magis aut delectationis, aut hominis alicuius ornandi, quàm utilitatis huius forensis causa, laudationes scriptauerunt: quorum sunt libri, quibus Themistocles, Aristides, Agesilaus, Epaminondas, Philippus, Alexander, aliq; laudantur. Nostræ laudationes, quibus in foro utimur, aut testimonij breuitatem habent nudam atque inornatam; aut scribuntur ad funebrem concionem; quæ ad orationis laudem minime accommodata est. Sed



en, quoniam est utendum aliquando, nonnun-
 um etiam scribendum uelut, Q. Tuberoni Afri-
 um auunculum laudanti scripsit C. Lælius; uel
 osmet ipsi ornandi causa Græcorum more, si
 uelimus, laudare possimus: sit à nobis quo-
 tractatus hic locus. Perspicuum est igitur alia
 in homine optanda, alia laudanda. Genus, for-
 uires, opes, diuitiæ, cæterâq; quæ fortuna det
 extrinsecus, aut corpori, non habent in se ue-
 laudem, quæ debcri uirtuti uni putatur: sed
 in, quòd ipsa uirtus in earum rerum usu ac-
 eratione maxime cernitur, tractanda etiam in
 ationibus hæc sunt naturæ & fortune bona:
 uibus est summa laus, non extulisse se in potesta-
 non fuisse insolentem in pecunia, non se prætu-
 alijs propter abundantiam fortune; ut opes &
 e non superbiæ uideantur ac libidini, sed boni-
 c moderationi facultatem & materiam dedisse.
 us autem, quæ est per se ipsa laudabilis, & si-
 ea nihil laudari potest, tamen habet plures par-
 quarum alia est alia ad laudationem aptior:
 enim aliæ uirtutes, quæ uidentur in moribus.
 num, & quædam comitate ac beneficentia po-
 aliæ, quæ in ingenij aliqua facultate, aut ani-
 magnitudine ac robore. nam clementia, iusti-
 benignitas, fides, fortitudo in periculis commu-
 , iucunda est auditu in laudationibus. omnes
 hæc uirtutes non tam ipsis, qui eas in se habent,
 generi hominum fructuose putantur; sapien-
 r magnitudo animi, qua omnes res humane

D E O R A T O R E

*renues & pro nihilo putantur, & in excogitanda
 uis quædam ingenij, & ipsa eloquentia admiratio-
 nis habet non minus, iucunditatis minus. ipsos enim
 magis uidetur, quos laudamus, quam illos, apud
 quos laudamus, ornare ac tueri: sed tamen in lau-
 dando iungenda sunt etiam hæc genera uirtutum.
 ferunt enim aures hominum, cum illa, quæ iucun-
 da, & grata, tum etiam illa, quæ mirabilia sunt,
 in uirtute laudari. Et quoniam singularum uirtu-
 tum sunt certa quædam officia ac munera, & su-
 cuique uirtuti laus propria debetur: erit explican-
 dum in laude iustitiæ, quid cum fide, quid cum
 æquabilitate, quid cum eiusmodi aliquo officio is,
 qui laudabitur, fecerit. itemq; in cæteris res gestæ
 ad cuiusque uirtutis genus, & uim, & nomen ac-
 commodabuntur. gratissima autem laus eorum fa-
 ctorum habetur, quæ suscepta uidentur a uiris for-
 tibus sine emolumento ac præmio: quæ uero etiam
 cum labore & periculo ipsorum, hæc habent uber-
 rimam copiam ad laudandum; quòd & dici orna-
 tissime possunt, & audiri facillime. ea enim deni-
 que uirtus esse uidetur præstantis uiri, quæ est fru-
 ctuosa alijs, ipsi autem laboriosa, aut periculosa,
 aut certe gratuita. Magna etiam illa laus & admi-
 rabilis uideri solet, tulisse casus sapienter aduersos,
 non fractum esse fortuna, retinuisse in rebus æstis
 dignitatem. Neque tamen illa non ornant, habiti
 honores, decreta uirtutis præmia, res gestæ iudicij
 hominum comprobata: in quibus, etiam felicitatem
 ipsam deorum immortalium iudicio tribui, lauda-*



is est. Sumenda autem res erunt aut magnitudi-
 prestabiles, aut nouitate primæ, aut genere ip-
 singulares: neque enim parua, neque usitata,
 ne uulgares admiratione aut omnino laude di-
 uideri solent. Est etiam cum cæteris præstanti-
 uiris comparatio in laudatione preclara. De
 genere libitum est mihi paulo plura, quàm osten-
 tum, dicere, non tam propter usum forensem, qui
 me in omni hoc sermone tractatus, quàm ut hoc
 retis, si laudationes essent in oratoris officio, quod
 negat, oratori uirtutum omnium cognitionem,
 qua laudatio effici non possit, esse necessariam.
 uituperandi præcepta contrarijs ex uitijs sumen-
 se perspicuum est. Simul est illud ante oculos,
 bonum uirum proprie & copiose laudari sine uir-
 tute, nec improbum notari ac uituperari sine ui-
 tii cognitione satis insigniter atque aspere pos-
 setque his locis, & laudandi, & uituperandi saepe
 est utendum in omni genere causarum. Habe-
 uinueniendis rebus disponendisq; quid sentiam:
 Igitur etiam de memoria, ut labore Crassum le-
 uineque ei quidquam aliud, de quo differat, re-
 am, nisi ea, quibus hæc exornentur. Perge ue-
 quit Crassus: libenter enim te cognitum iam
 rem, aliquandoq; euolutum illis integumentis
 ulationis tuæ, nudatumq; perspicio: & quòd
 nihil, aut quòd non multum relinquis, per-
 bde facis, estq; mihi gratum. Iam istuc quan-
 tibi ego reliquerim, inquit Antonius, erit in tua
 re. si enim uere agere uolueris, omnia tibi re-



D E O R A T O R E

linquo: sin dissimulare, tu, quemadmodum his satisfacias, uideris. Sed ut ad rem redeam, non sum tanto ego, inquit, ingenio, quanto Themistocles fuit, ut obliuionis artem quam memoria malim: gratiamq; habeo Simonidi illi Chio, quem primum ferunt artem memoriae protulisse. Dicunt enim, cum cœnaret Cranone in Thessalia Simonides apud Scopam, fortunatum hominem, & nobilem; cecinisset id carmen, quod in eum scripsisset; in quo nuda ornandi causa poetarum more in Castorem scripta & Pollucem fuissent; nimis illum sordide Simonidi dixisse, se dimidium eius ei, quod pactus esset pro illo carmine, daturum: reliquum à suis Tyndaridis, quos aequè laudasset, peteret, si ei uideretur. Post esse ferunt nunciatum Simonidi, ut prodiret: inuenes stare ad ianuam duos quosdam, qui eum magno opere euocarent: surrexisse illum ipsum, prodisse, uidisse neminem; hoc interim spatio corclue lida, ubi epularetur Scopas, concidisse: ea ruina ipsum oppressum cum suis interisse: quos cum humare uellent sui, neque possent obritos internoscere modo, Simonides dicitur ex eo, quod meminisse, quo eorum loco quisque cubuisset, demonstrat uniuscuiusque sepeliendi fuisse. Hac tum re adnitus inuenisse fertur, ordinem esse maxime, quae memoriae lumen asferret: itaque ijs, qui hanc partem ingenij exercerent, locos esse capiendos, & quae memoriae tenere uellent, effingenda animo, & quae in his locis collocanda: sic fore, ut ordinem rerum locorum ordo conseruaret, res autem ipsas n-



effigies notaret, atque, ut locis pro cera, simu-
 pro literis uteremur. Qui sit autem oratori-
 orie fructus, quanta utilitas, quanta uis, quid
 etinet dicere? tenere, quæ didiceris in accipienda
 , quæ ipse cogitaris; omnes fixas esse in animo
 utias, omnem descriptum uerborum appara-
 ita audire uel eum unde dicas, uel eum cui
 ndendum sit, ut illi non infundere in aures tuas
 nem, sed in animo uideantur inscribere. ita-
 bli qui memoria uigent, sciunt quid, & qua-
 , & quo modo dicturi sint, quid responde-
 quid supersit: ijdemq; multa ex alijs causis ali-
 do à se acta, multa ab alijs audita nunne-
 Quare consiteor equidem, huius boni naturam
 rincipem, sicut earum rerum, de quibus ante
 s sum, omnium: sed hæc ars tota dicendi, si-
 tis imago quadam & similitudo est, habet
 uim, non ut totum aliquid, cuius in ingenijs
 pars nulla sit, pariat & procreet; uerum
 quæ sunt orta iam in nobis & procreata, edu-
 que confirmet. Veruntamen neque tam acri-
 via fere quisquam est, ut, non dispositis no-
 rebus, ordinem uerborum aut sententiarum
 ctatur; neque uero tam hebeti, ut nihil hac
 tudine & exercitatione adiuuetur. Vidit enim
 uidenter siue Simonides, siue alius quis inue-
 maxime animis effingi nostris, quæ essent à
 radita atque impressa: acerrimum autem ex
 us nostris sensibus esse sensum uidendi: quare
 he animo teneri posse ea, quæ perciperentur.

D E O R A T O R E

auribus aut cogitatione, si etiam oculorum commenda-
 datione animis traderentur, ut res cæcæ & ab aspe-
 ctus iudicio remotas conformatio quædam & imago
 & figura ita notaret, ut ea, quæ cogitando comple-
 cti uix possemus, intuendo quasi teneremus. His au-
 tem formis atque corporibus, sicut omnibus, quæ sub
 aspectum ueniunt, sed opus est: etenim corpus in-
 telligi sine loco non potest. quare, ne in re nota &
 peruulgata multus & insolens sim, locis est uten-
 dum multis, illustribus, explicatis, modicis inter-
 uallis, imaginibus autem agentibus, acribus, infi-
 gnitis, quæ occurrere celeriterq; percutere animam
 possint. quam facultatem & exercitatio dabit, a
 qua consuetudo gignitur; & similium uerborum con-
 seruata, & immutata casibus, aut traducta ex par-
 te ad genus notatio, & unius uerbi imagine totius
 sententiæ informatio, pictoris cuiusdam summi ra-
 tione & modo, formarum uarietate locos distinguen-
 tis. Sed uerborum memoria, quæ minus est nobis ne-
 cessaria, maiore imaginum uarietate distinguitur.
 Multa enim sunt uerba, quæ quasi articuli conue-
 niunt membra orationis, quæ formari similitudinibus
 nulla possunt. eorum fingenda nobis sunt imagine.
 quibus semper utamur. Rerum memoria proprie
 oratoris. eam singulis personis bene positus notare
 possumus, ut sententiis imaginibus, ordinem locorum
 comprehendamus. Neque uerum est, quod ab inerti-
 bus dicitur, opprimi memoriam imaginum pondere,
 & obscurari etiam id, quod per se natura tenere po-
 tuisset. Vidi enim ego summos homines, & diuina

prope



se memoria, Athenis Carneadem, in Asia, quem
 re hodie aiunt, Scepsium Metrodorum, quorum
 que, tanquam literis in cera, sic se aiebat ima-
 nus in ijs locis, quos haberet, quæ meminisse uel
 perscribere. Quare hac exercitatione non eruen-
 temoria est, si est ulla naturalis, sed certe, si la-
 uocanda est. Habetis sermonem bene longum
 inis utinam non impudentis, illud quidem certe,
 nimis uerecundi: qui quidem, cum te Catule,
 etiam L. Grasso audiente, de dicendi ratione tam
 dixi. nam istorum ætas minus me fortasse
 re debuit: sed mihi ignoscetis profecto, si modo,
 causa me ad hanc insolitam mihi loquacitatem
 uerit, acceperitis. Nos uero, inquit Catulus,
 im pro me hoc, & pro meo fratre respondeo)
 modo tibi ignoscimus, sed te diligimus, ma-
 q; tibi habemus gratiam: & cum humanita-
 & facilitatem agnoscimus tuam; tum admira-
 stam scientiam, & copiam. Equidem etiam hoc
 secutum puto, quòd magno sum leuatus erro-
 & illa admiratione liberatus, quòd multis cum
 semper admirari solebam, unde esset illa tanta
 i causis diuinitas: nec enim te ista attigisse ar-
 rar, quæ diligentissime cognosse, & undique
 sisse, usuq; doctum partim correxisse uideo,
 in comprobasse. neque eo minus eloquentiam
 i, & multo magis uirtutem & diligentiam
 or; & simul gaudeo iudicium animi mei com-
 ri; quòd semper statui, neminem sapientiæ
 in & eloquentiæ sine summo studio & labore

Et doctrina consequi posse. Sed tamen quidnam de
 id, quod dixisti, fore ut tibi ignosceremus, si cog-
 nossemus, quæ te causa in sermonem impulisset.
 quæ est enim alia causa, nisi quod nobis, et horum
 adolescentium studio, qui te attentissime audierunt
 morem gerere uoluisti? Tum ille, Adinere, inquit,
 omnem recusationem Crasso uolui; quem ego pau-
 sciebam uel pudentius, uel inuitius (nolo enim dicere
 de tam sui uirum homine, fastidiosius) ad hoc genus ser-
 monis accedere. Quid enim poterit dicere? consul-
 rem se esse hominem, et censorium? eadem nostri
 causa est. An ætatem asseret? triennio minor est.
 An se nescire? quæ ego sero, quæ cursim arripere
 quæ subsiciuis operis, ut aiunt; iste à puero, summi
 studio, summis doctoribus. Nihil dicam de ingenio
 cui par nemo fuit: etenim me dicentem qui audierunt
 nemo unquam tam sui despiciens fuit, quin speraret
 aut melius, aut eodem modo se posse dicere: Cras-
 dicente nemo tam arrogans, qui similiter se unquam
 dicturum esse consideret. Quamobrem, ne frustra
 hi tales uiri uenerint, te aliquando Crasse audiamus.
 Tum ille, Ut ita ista esse concedam, inquit, An-
 ni, quæ sunt longe secus; quid mihi tu tandem ha-
 die, aut cuiquam homini, quod dici possit, reliqu-
 sti? Dicam enim uere, amicissimi homines, qui
 sentio. sæpe ego doctos homines, quid dico sæpe? im-
 nonnunquam: sæpe enim qui potui, qui puer in su-
 rum uenerim, neque inde unquam diutius quæ-
 Questor absuerim? sed tamen audiui, ut heri dice-
 bam, et Athenis cum essem, doctissimos uiros,



Asia istum ipsum Scepsium Metrodorum, cum de
 ipsis rebus disputaret: neque uero mihi quisquam
 iusquam unquam uisus est, neque subtilius in hoc ge-
 nericendi, quam iste hodie, esse uersatus. quod si
 aliter, & aliquid intelligerem ab Antonio præ-
 missum; non essem tam inurbanus ac pene inhu-
 manus, ut in eo grauarer, quod uos cupere senti-
 . Tum Sulpicius, An ergo, inquit, oblitus es-
 se, Antonium ita partitum esse tecum, ut ipse
 rumentum oratoris exponeret, tibi eius distin-
 rem atque ornatum relinqueret? Hic ille, Pri-
 quis Antonio permisit, inquit, ut & partes
 ter, & utram uellet prior ipse sumeret? deinde,
 o recte intellexi, cum ualde libenter audirem,
 i coniuncte est uisus de utraque re dicere. Ille
 , inquit Cotta, ornamenta orationis non atti-
 neque eam laudem, ex qua eloquentia nomen
 n inuenit. Verba igitur, inquit Crassus, mihi
 uit Antonius, rem ipse sumpsit. Tum Cæsar,
 quod difficilius est, id tibi reliquit; est nobis,
 it, causa, cur te audire cupiamus: sin, quod
 us; tibi causa non est, cur recuses. Et Catulus,
 d quod dixisti, inquit, Crasse, si hic hodie apud
 aneremus, te morem nobis esse gesturum, ni-
 e ad fidem tuam putas pertinere? Tum Cotta
 is, Possem tibi, inquit, Crasse concedere; sed
 ne quid Catulus attulerit religionis. opus hoc
 rium est: id autem committere, uide quam sit
 ini turpe censorio. Agite uero, ille inquit, ut
 : sed nunc quidem; quoniam id temporis est,



DE ORATORE

surgendum censeo, & requiescendum: post meridiem, si ita uobis est commodum, loquemur aliquid nisi forte in crastinum differre maueritis. Omnes uel statim, uel, si ipse post meridiem mallet, quam primum tamen audire uelle dixerunt.

M. TVLLII CICERONIS

DE ORATORE

LIBER TERTIVS.

INSTITVENTI mihi, Quinte fratrem, I eum sermonem referre, & mandare hunc tertio libro, quem post Antonij disputationem Crassus habuisset, acerba sane recordatio ueterem animi curam molestiamq; renouauit. nam illud immortalitate dignum ingenium, illa humanitas, illa uirtus L. Crassi morte extincta subita est, uix diebus decem post eum diem, qui hoc & superiore libro continetur. ut enim Romam redi extremo scenicorum ludorum die, uehementer commotus ea oratione, qua ferebatur habita esse in concione a Philippo; quem dixisse constabat, uidentium sibi aliud esse consilium, illo senatu se remperere non posse: mane Idibus Septembris & ille, & senatus frequens uocatu Drusi in curiam uenit. ibi cum Drusus multa de Philippo questus esset, retulit ad senatum de illo ipso, quod Consul in eum ordinem tam grauitur in concione esset inuentus. hic, ut saepe inter homines sapientissimos con-



uidi, quanquam hoc Crasse, cum aliquid accus
 us dixisset, semper fere contigisset, ut nunquam
 se melius putaretur: tamen omnium consensu
 se tum iudicatum, ceteros à Crasso semper om-
 nino autem die etiam ipsum à sese superatum.
 oravit enim casum atque orbitatem senatus; cu-
 ordinis à Consule, qui quasi parens bonus aut
 fidelis esse deberet, tanquam ab aliquo nefa-
 tradone deriperetur patrimonium dignitatis: ne-
 vero esse mirandum, si, cum suis consilijs rep.
 gasset, consilium senatus à rep. repudiaret.
 tum homini & uehementi, & disertio, & in-
 is forti ad resistendum Philippo quasi quas-
 uerborum faces admouisset, non tullit ille, &
 iter exarsit, pignoribusq; ablatis Crassum in-
 coercere. quo quidem ipso in loco multa à Cras-
 sinitus dicta efferebantur; cum sibi illum Con-
 esse negaret, cui senator ipse non esset. An-
 tum omnem auctoritatem uniuersi ordinis pro-
 re putaris, eamq; in conspectu populi R. con-
 is, me his pignoribus existimas posse terreri?
 tibi illa sunt cadenda, si Crassum uis coercere:
 tibi est excidenda lingua; qua uel euulsa, spiritu
 bidinem tuam libertas mea refutabit. Permul-
 tum uehementissima contentione animi, inge-
 irium ab eo dicta esse constabat; sententiamq;
 quam senatus frequens secutus est ornatissi-
 & grauissimis uerbis, ut populo R. satisfaceret,
 uam senatus neque consilium reip. nec fidem
 se, ab eo dictam; & eundem, id quod in



DE ORATORE

auctoritatibus perscriptis extat, scribendo affuisse. Illa tanquam cygnea fuit diuini hominis uox & oratio; quam quasi expectantes, post eius interitum ueniebamus in curiam, ut uestigium illud ipsum, in quo ille postremum institisset, contueremur. nanque tum latus ei dicenti condoluisse, sudoremq; multum consecutum esse audiebamus: ex quo cum cohorrisset, cum febris domum redijt, dieq; septimo est lateris dolore consumptus. O fallacem hominum spem, fragilemq; fortunam, & inanes nostras contentiones, quae in medio spatio saepe franguntur, & corrumpunt, & ante in ipso cursu obruuntur, quam portum conspicere potuerunt. nam quam diu Crassi fuit ambitionis labore uita districta, tam diu priuatis magis officijs & ingenij laude floruit, quam fructu amplitudinis aut reip. dignitate. qui autem ei annus primus. ab honorum perfunctione aditum omnium concessu ad summam auctoritatem dabit, eius omnem spem, atque omnia uita consilia morte peruertit. fuit hoc luctuosum suis, acerbum patriae, graue bonis omnibus: sed ij tamen temp. casus secuti sunt, ut mihi non erepta L. Crasso à dijs immortalibus uita, sed donata mors esse uideatur, non uidit flagrantem bello Italiam, non ardentem inuidia senatum, non sceleris nefarij principes ciuitatis reos, non luctum filiae, non exilium generi, non acerbissimam C. Marij fugam, non illam post reditum eius caedem omnium crudelissimam, non denique in omni genere deformatam eam ciuitatem, in qua ipse florentissima, multum omnibus glorijs



cessitisset. Sed quoniam attingi cogitatione uim uer-
 itatemq; fortunæ, non uagabitur oratio mea lon-
 gis, atque cis ipsis definitur uiris, qui hoc sermo-
 nem quem referre cœpimus, continetur. quis enim
 iure beatam L. Crassi mortem illam, quæ est
 multis saepe defleta, dixerit, cum horum ipsorum
 qui tum cum illo postremum fere collocuti sunt,
 tum recordatus? tenemus enim memoria. Quod
 uirum, uirum omni laude præstantem, cum si-
 non incolumen fortunam, sed exilium & fu-
 ri deprecaretur, esse coactum ut uita se ipse pri-
 uet. iam M. Antoni in ijs ipsis rostris, in quibus
 temp. constantissime Consul defenderat, quæq;
 pro imperatorijs manubijs ornarat, positum ca-
 pillud fuit, à quo erant multorum ciuium capita
 uata. neque uero longe ab eo C. Iulij caput, hostitis
 rusci scelere proditum, cum L. Iulij fratris capi-
 tuit: ut ille, qui hæc non uidit, & uixisse cum
 pariter, & cum illa simul extinctus esse uidea-
 neque enim propinquum suum, maximi animi
 um, P. Crasum suapte interfectum manu, ne-
 collegæ sui, Pontificis maximi, sanguine simula-
 n Vestæ respersum esse uidit: cui mœrori (qua
 te ille in patriam fuit) etiam C. Carbonis, inimi-
 ni hominis, eodem illo die mors nefaria fuisset.
 uidit eorum ipsorum, qui tum adolescentes Cras-
 dicarant, horribiles miserosq; casus. ex quibus
 orta, quem ille florentem reliquerat, paucis die-
 post mortem Crassi depulsus per inuidiam Tri-
 atu, non multis ab eo tempore mensibus eiectus



D E O R A T O R E

est è ciuitate. Sulpicius autem, qui in eadem inuidia
 flamma fuisset, quibuscum priuatus coniunctissima
 uixerat, hos in Tribunatu spoliare instituit omni di-
 gnitate: cui quidem ad summam gloriam eloquen-
 tiae florescenti, ferro erepta uita est, & pœna teme-
 ritati non sine magno reip. malo constituta. Ego ue-
 ro te Crasse, cum uitæ flore, tum mortis opportuni-
 tate, diuino consilio & ortum, & extinctum esse
 arbitror. nam tibi aut pro uirtute animi constantia
 tua ciuilis ferri subeunda fuit crudelitas: aut, si qua
 te fortuna ab atrocitate mortis uindicasset, eadem
 esse te funerum patriæ spectatorem coegisset: neque
 solum tibi improborum dominatus, sed etiam, pro-
 pter admixtam ciuium cadem bonorum, uictoria
 mœrori fuisset. Mihi quidem, Quinte frater, & eo-
 rum casus, de quibus ante dixi, & ea, quæ nosmet
 ipsi ob amorem in remp. incredibilem & singularem
 pertulimus, ac sensimus, cogitanti, sententia sepe
 tua uera ac sapiens uideri solet; qui propter tot, tan-
 tos, tamq; præcipites casus clarissimorum hominum,
 atque optimorum uirorum, me semper ab omni con-
 tentione ac dimicatione reuocasti. sed quoniam hæc
 iam neque in integro nobis esse possunt, & summi
 labores nostri magna compensati gloria mitigantur:
 pergamus ad ea solatia, quæ non modo sedatis mole-
 stijs iucunda, sed etiam hærentibus salutaria nobis es-
 se possunt; sermonemq; L. Crassi reliquum ac pen-
 postrenum memoriæ prodamus; atque ei, etsi ne-
 quaquam parem illius ingenio, at pro nostro tamen
 studio meritam gratiam debitamq; referamus, neque



n quisquam nostrum, cum libros Platonis mirabiliter scriptos legit, in quibus fere Socrates exprimitur, non, quanquam illa scripta sunt diuinitus, tam maius quiddam de illo, de quo scripta sunt, sustinetur. quod item nos postulamus, non à te qui, qui nobis summa omnia tribuis, sed à cæteris, nec in manus sument, ut maius quiddam de L. Crasso, quàm quantum à nobis exprimeretur, sustineretur. nos enim, qui ipsi sermoni non interfuisse, & quibus C. Cotta tantummodo locos ac sensus huius disputationis tradidisset, quo in generis utrumque oratorem cognoueramus, id ipsum in eorum sermone adumbrare conati. si quis erit, qui ductus opinione vulgi, aut Ciceronem ieiuniorem, aut Crassum fuisse pleniorum, quàm quo modo à nobis uterque inductus est; non ex ijs, qui aut illos non audierit, aut iudicare non possit. nam fuit uterque, ut exposui antea, studio, atque ingenio, & doctrina præstantissimus, tum in suo genere perfectus; ut neque in Cicerone deesset hic ornatus orationis, neque in Crasso fundaret. Ut igitur ante meridiem discesserunt, Crassumque requierunt, in primis hoc à se Cotta aduersum esse dicebat, omne illud tempus meum Crassum in acerrima atque attentissima attentione posuisse, seseque, qui vultum eius, cum eum esset, obtutumque oculorum in cogitando non nosset, atque in maximis causis sæpe uideret, sed edita opera quiescentibus alijs in eam exedram sedisset, in qua Crassus lectulo posito recubisset,



D E O R A T O R E

cumq; eum in cogitatione defixum esse sensisset, statim recessisse, atque in eo silentio duas horas fere esse consumptas: deinde cum omnes, inclinato iam postmeridianum tempus die, uenissent ad Crassum. Quid est Crasse, inquit Iulius, imus ne sessum? et admonitum uenimus te, non flagitatum. Tum Crassus, An me tam impudentem esse existimatis ut uobis hoc praesertim munus putem diutius posse debere? Quinam igitur, inquit ille, locus, an in media sylua placet? est enim is maxime et opacus, et frigidus. Sane, inquit Crassus: etenim est in eo loco sedes huic nostro non inopportuna sermoni. Cum placuisset idem ceteris, in syluam uenitur, et ibi magna cum audiendi expectatione considitur. Tum Crassus, Cum auctoritas atque amicitia uestra, cum Antonij facultas eripuit, inquit, mihi in optima mea causa libertatem recusandi: quanquam in par-tienda disputatione nostra, cum sibi de ijs, quae dici ab oratore oporteret, sumeret, mihi autem relinqueret ut explicarem quemadmodum illa ornari oporteret, ea diuisit, quae seiuncta esse non possunt. Nam cum omnis ex re atque uerbis constet oratio; neque uerba sedem habere possunt, si rem subtraxeris; neque res lumen, si uerba semoueris. Ac mihi quidem ueteres illi maius quiddam animo complexi, plus modo etiam uidisse uidentur, quam quantum nostrorum ingeniorum acies intueri potest: qui omnia haec, quae supra et subter, unum esse, et una ui, atque una consensione naturae constricta esse dixerunt. nullum est enim genus rerum, quod aut auulsum a caeteris



se ipsum constare, aut quo cetera si careant, vim
 n atque eternitatem conseruare possint. Sed hac
 or esse ratio uidetur, quam ut hominum possit
 i aut cogitatione comprehendi. est etiam illa
 pnis uera, & tibi Catule certe non inaudita uox,
 zem doctrinam harum ingenuarum & huma-
 um artium uno quodam societatis uinculo conti-
 ubi enim perspecta uis est rationis eius, qua
 e rerum atque exitus cognoscuntur, mirus qui-
 omnium quasi consensus doctrinarum concen-
 reperitur. Sed si hoc quoque uidetur esse altius,
 ut id nos humi strati suspicere possimus; illud
 tamen, quod amplexi sumus, quod profite-
 quod suscepimus, nosse & tenere debemus.
 est enim, quod & ego hesternae die dixi, &
 tot locis antemeridiano sermone significauit An-
 s, eloquentia, quascunq; in oras disputationis
 nes uel delata est. nam siue de coeli natura lo-
 r, siue de terrae, siue de diuina ui, siue de hu-
 p, siue ex inferiore loco, siue ex aequo, siue ex
 iore, siue ut impellat homines, siue ut doceat,
 ut deterreat, siue ut concitet, siue ut reflectat,
 ut incendat, siue ut leniat, siue ad paucos, siue
 ultos, siue inter alienos, siue cum suis, siue se-
 rrius est diducta oratio, non fontibus; & quo-
 ue ingreditur, eodem est instructu ornatuq; co-
 a. Sed quoniam oppressi iam sumus opinionibus
 modo uulgi, uerum etiam hominum leuiter
 torum, qui, quae complecti tota nequeunt, haec
 is diuisa & quasi discerpta consrectant; &

D E O R A T O R E

qui, tanquam ab animo corpus, sic à sententijs uerba seiungunt; quorum sine interitu fieri neutrum potest: non suscipiam oratione mea plus quam mihi imponitur: tantum significabo breui, neque uerborum ornatum inueniri posse non paruitis expressisq; sententijs, neque esse ullam sententiam illustrem sine luce uerborum. Sed prius quàm illa conor attingere, quibus orationem ornari atque illuminari putem, proponam breuiter quid sentiam de uniuerso genere dicendi. Natura nulla est, ut mihi uideatur, quæ non habeat in suo genere res complures dissimiles inter se, quæ tamen consimili laude dignentur. nam & auribus multa percipimus, quæ etsi nos uocibus delectant, tamen ita sunt uaria sæpe, ut id, quod proximum audias, iucundissimum esse uideatur: & oculis colliguntur pene innumerabiles uoluptates, quæ nos ita capiunt, ut unum sensum dissimili genere delectent: & reliquos sensus uoluptates oblectant dispares: ut sit difficile iudicium excellentis maxime suauitatis. At hoc idem, quod est in naturis rerum, transferri potest etiam ad artes. Vna fingendi est ars, in qua præstantes fuerunt Myro, Polycletus, Lysippus, qui omnes inter se dissimiles fuerunt, sed ita tamen, ut neminem sui uelis esse dissimilem. Vna est ars ratioq; picturæ, dissimillimiq; tamen inter se Zeufis, Aglaophon, Apelles: neque eorum quisquam est, cui quidquam in arte sua deesse uideatur. Et si hoc in his quasi multis artibus est mirandum, & tamen uerum: quanto admirabilius in oratione atque in lingua; quæ cum in



lem sententijs, uerbisq; uersetur, summas habet
 similitudines, non sic, ut alij uituperandi sint,
 ut ij, quos constat esse laudandos, in dispartiti-
 genere laudentur. Atque id primum in poetis
 licet, quibus est proxima cognatio cum oratori-
 quàm sint inter sese Ennius, Pacuuius, Acciusq;
 miles; quàm apud Græcos Aeschylus, Sopho-
 Euripides; quanquam omnibus par pene laus
 simili scribendi genere tribuatur. Aspicite nunc
 nomines, atque intuemini, quorum de facultate
 rimus, quid intersit inter oratorum studia atque
 iras. suauitatem Isocrates, subtilitatem Lysias,
 men Hyperides, sonitum Aeschines, uim Demo-
 es habuit: quis eorum non egregius? tamen
 cuiusquam nisi sui similis? Grauitatem Afri-
 s, lenitatem Lælius, asperitatem Galba, pro-
 s quiddam habuit Carbo, & canorum. quis
 m non princeps temporibus illis fuit? & suo
 n quisque in genere princeps. Sed quid ego
 a conquiram, cum mihi liceat uti presentibus
 plis atque uiuis? Quid iucundius auribus no-
 unquam accidit huius oratione Catuli? quæ est
 sic, ut Latine loqui pene solus uideatur; sic
 m grauis, ut in singulari dignitate omnis ta-
 adsit humanitas ac lepos. Quid multa? istum
 ens equidem sic iudicare soleo, quidquid au-
 teris, aut mutaueris, aut detraxeris, ui-
 s & deterius futurum. Quid noster hic Cæ-
 non ne nouam quandam rationem attulit ora-
 , & dicendi genus induxit prope singulares?



xime insigne illud exemplum, (ut ceteras artes ornatumus) quod dicebat Isocrates doctor singularis, calcaribus in Ephoro, contra autem in Theopompe frænis uti solere: alterum enim exultantem uerturum audacia reprimebat, alterum cunctantem quasi uerecundantem incitabat. neque eos similes fecit inter se, sed tantum alteri affinxit, de altero mauit; ut id conformaret in utroque, quod utriusque natura pateretur. Hæc eo mihi prædicenda fuerunt, ut si non omnia, quæ proponerentur à me omnium uestrum studium, & ad genus id, quod quisque uestrum in dicendo probaret, adhererent, id à me genus exprimi sentiretis, quod me me mihi ipsi probaretur. Ergo hæc & agenda ab oratore, quæ explicauit Antonius, & dice quodam modo. Quinam igitur dicendi est modus; lior, (nam de actione post uidero) quam ut Latine ut plane, ut ornate, ut ad id, quodcunque age apte, congruenterq; dicamus? Atque eorum quicque duo prima dixi, rationem non arbitror et ceterari à me puri dilucidiq; sermonis: neque enim namur docere eum dicere, qui loqui nesciat; nec rare, qui Latine non possit, hunc ornate esse dicendum; neque uero, qui non dicat quod intelligat hunc posse, quod admiremur, dicere. Linq; igitur hæc, quæ cognitionem habent facilem, & necessarium: nam alterum traditur literis doctri naq; puerili; alterum adhibetur ob eam causam, ut intelligatur, quid quisque dicat: quod uisum ita esse, necessarium, ut tamen eo minus nihil possit.



esse. Sed omnis loquendi elegantia, quanquam ex-
citur scientia literarum, tamen augetur legendis
atoribus, & poetis: sunt enim illi ueteres, qui or-
re nondum poterant ea, quæ dicebant, omnes pro-
præclare locuti: quorum sermone assuesacti qui-
nt, ne cupientes quidem poterunt loqui nisi La-
te. Neque tamen erit utendum uerbis ijs, quibus
i consuetudo nostra non utitur, nisi quando or-
andi causa, parce, quod ostendam: sed usitatis ita
erit uti, lectissimis ut utatur, is, qui in ueteribus
scriptis studiose & multum uolutatus. Atque
Latine loquamur, non solum uidendum est, ut
uerba efferamus ea, quæ nemo iure reprehendat;
ea sic & casibus, & temporibus, & genere, &
uero conseruemus, ut ne quid perturbatum ac discre-
s, aut præposterum sit: sed etiam lingua, & spi-
s, & uocis sonus est ipse moderandus. Nolo expri-
iteras putidius, nolo obscurari negligentius: nolo
ba exiliter exanimata exire, nolo inflata & qua-
helata grauius. nam de uoce non ea dico, quæ
actionis, sed hoc, quod mihi cum sermone quasi
umctum uidetur. sunt enim certa uitia, quæ ne-
est quin effugere cupiat, mollis uox, ut mulie-
, aut quasi extra modum absona atque absurda.
utem uitium, quod nonnulli de industria conse-
ntur. Rustica uox & agrestis quosdam dele-
, quo magis antiquitatem, si ita sonet, eorum
uo retinere uideatur; ut tuus Catule sodalis L.
z gaudere mihi uidetur grauitate linguæ sonoq;
agresti; & illud, quod loquitur, priscum ui-

DE ORATORE

sumiri putat, si plane fuerit rusticum. Me autem tuus sonus & suauitas ista delectat, omitto uerborum; quanquam est caput; uerum id affert ratio, docent literæ, confirmat consuetudo & legendi, & loquendi: sed hanc dico suauitatem, quæ exit ex ore; quæ quidem, ut apud Græcos Atticorum, sic in Latino sermone huius est urbis maxime propria. Athenis iandiu doctrina ipsorum Atheniensium interijt, domicilium tantum in illa urbe remanet studiorum, quibus uacant ciues, peregrini fruuntur, capti quodam modo nomine urbis & auctoritate: tamen eruditissimos homines Asiaticos quibus Atheniensis indoctus, non uerbis, sed sono uocis, nec tam bene quam suauiter loquendo facile superabit. Nostri minus student literis, quàm Latini: tamen existis, quos nostis, urbanis, in quibus minimum est literarum, nemo est quin literatissimum togatorum omnium Q. Valerium Soranum lenitate uocis atque ipso oris pressu & sono facile uincat. Quare cum sit quædam certa uox Romani generis urbisq; propria, in qua nihil offendit, nihil displicere, nihil animaduerti possit, nihil sonare aut olere peregrinum; hanc sequamur; neque solum rusticam asperitatem, sed etiam peregrinam insolentiam fugere discamus. Equidem cum audio socrum meam Læliam, (facilius enim mulieres incorruptam antiquitatem conseruant, quòd multorum sermonis expertes, ea tenent semper, quæ prima didicerunt) sed eam sic audio, ut Plautum mihi aut Næuium uidear audire. Sono ipso uocis ita recto & simplici est, ut nihil ostentatio-



s aut imitationis asferre uideatur : ex quo sic locum esse eius patrem iudico, sic maiores, non aspere, ille, quem dixi, non uaste, non rustice, non hiul-, sed presse, & equabiliter, & leniter. Quare illa nos ter, cuius tu illa lata Sulpici non nunquam utaris, ut iotam literam tollas, & è plenissimum as, non mihi oratores antiquos, sed messorum uide- imitari. Hic cum arrisisset ipse Sulpicius, Sic in uobiscum, inquit Crassus, ut, quoniam me ui uolulistis, aliquid de uestris uitij audiat. nam quidem, inquit ille : id enim ipsum uolu- s: idq; si feceris, multa, ut arbitror, hic hodie a ponemus. At enim non sine meo periculo, Cras- inquit, possum Sulpici te reprehendere; quo- m Antonius mihi te simillimum dixit sibi uideri. m ille, Tum cum monuit idem, ut ea, quæ in que maxima essent, imitaremur. ex quo uereor, nihil sim tui nisi suppositionem pedis imitatus, & :ca quedam uerba, & aliquem, si forte, motum. o ista, inquit Crassus, quæ habes à me, non re- uendo, ne me ipsum irrideam : sunt autem mea to & plura, & maiora, quàm dicis : quæ autem : aut tua plane, aut imitatione ex aliquo expres- de ijs te, si qui me forte locus admonuerit, com- tebo. Prætereamus igitur præcepta Latine loquen- quæ puerilis doctrina tradit, & subtilior co- io ac ratio literarum alit, aut consuetudo ser- uis quotidiani ac domestici; libri confirmant, & o ueterum oratorum & poetarum. Neque ue- n illo altero diutius commoremur, ut disputemus



D E O R A T O R E

quibus rebus assequi possimus, ut ea, quæ dicamus, intelligantur, Latine scilicet dicendo, uerbis usitatis ac proprie demonstrantibus ea, quæ significari ac declarari uolemus, sine ambiguo uerbo aut sermone, non nimis longa continuatione uerborum, non ualde productis iis, quæ similitudinis causa ex alijs rebus transferuntur, non discerpis sententijs, non præposteris temporibus, non confusis personis, non perturbato ordine. quid multa? tam facilis est tota res, ut mihi peritrum sæpe uideatur, cum difficilius intelligatur quid patronus uelit dicere, quam si ipse ille, qui patronum adhibet, de re sua diceret. Isti enim, qui ad nos causas deferunt, ita nos plerumque ipsi docent, ut non desideres planius dici. Eisdem res autem simul ac Fusius, aut uester æqualis Pomponius agere cœpit, non æque, quid dicant, nisi admodum attendi, intelligo: ita confusa est oratio, ita perturbata, nihil ut sit primum, nihil ut secundum: tantaq; insolentia ac turba uerborum, ut oratio, quæ lumen adhibere rebus debet, ea obscuritatem et tenebras afferat, atque ut quodam modo ipsi sibi in dicendo obstrepere uideantur. Verum, si placet, quoniam hæc satis spero, uobis quidem certe maioribus natu, molesta et putida uideri, ad reliqua aliquanto odiosiora pergamus. Atqui uides, inquit Antonius, quàm alias res agamus, quàm te inuicem audiamus; qui adduci possumus, (de me enim conijcio) relictis ut rebus omnibus te sectemur, te audiamus: ita de horridis rebus nitida, de ieiunis plena, de peruulgatis noua quædam est oratio tua. Fa-



Etes enim, inquit, Antoni partes cæ fuerunt duæ,
 uas modo percucurri, uel potius pene præterij, La-
 tine loquendi, planeq; dicendi: reliquæ sunt magnæ,
 complicatæ, uariæ, graues, quibus omnis admiratio
 genij, omnis laus eloquentiæ continetur. nemo
 unquam est oratorem, quòd Latine loqueretur,
 admiratus: si est aliter, irrident; neque cum orato-
 rem tantummodo, sed hominem non putant. nemo
 uult cum uerbis, qui ita dixisset, ut, qui adfue-
 rit, intelligerent quid diceret; sed contempsit eum,
 si minus id facere potuisset. In quo igitur homines
 horrescunt? quem stupefacti dicentem intuentur?
 quo exclamant? quem deum, ut ita dicam, inter
 homines putant? qui distincte, qui explicate, qui
 abundanter, qui illuminate & rebus, & uerbis di-
 cunt, & in ipsa oratione quasi quendam numerum
 sumq; conficiunt, id est quod dico ornate. Qui
 ita moderantur, ut rerum, ut personarum
 dignitates ferunt, ij sunt in eo genere laudandi lau-
 dandi, quod ego aptum & congruens nominem. qui
 dicerent, eos negauit adhuc se uidisse Antonius,
 si ijs hoc nomen dixit eloquentiæ solis esse tribuen-
 dum. Quare omnes istos me auctore deridete, atque
 temnite, qui se horum, qui nunc ita appellan-
 tur, rhetorum præceptis omnem oratorum uim com-
 plicatos esse arbitrantur, neque adhuc, quam perso-
 nas teneant, aut quid profiteantur, intelligere po-
 runt. Verum enim oratori, quæ sunt in homi-
 nis uita, quandoquidem in ea uersatur orator,
 ut ea est ei subiecta materies, omnia quæ sita,



D E O R A T O R E

audita, lecta, disputata, tractata, agitata esse debent. Est enim eloquentia una quaedam de summis uirtutibus; quanquam sunt omnes uirtutes aequales & pares; sed tamen est species alia magis alia formosa & illustris, sicut haec uis, quae scientiam complexa rerum, sensa mentis & consilia sic uerbis explicat, ut eos, qui audiunt, quocumque incubuerit, possit impellere: quae quo maior est uis, hoc est magis probitate iungenda, summaque prudentia: quarum uirtutum expertibus si dicendi copiam tradiderimus, non eos quidem oratores effecerimus, sed furentibus quaedam arma dederimus. Hanc inquam cogitandi, pronuntiandique rationem, uimque dicendi ueteres Graeci sapientiam nominabant. hinc illi Lycurgi, hinc Pittaci, hinc Solones, atque ab hac similitudine Coruncani nostri, Fabricij, Catones, Scipiones fuerunt, non tam fortasse docti, sed impetum mentis simili & uoluntate. Eadem autem alij prudentia, sed consilio ad uitae studia dispari, quietem atque otium secuti, ut Pythagoras, Democrius, Anaxagoras, à regendis ciuitatibus totos se ad cognitionem rerum transtulerunt: quae uita propter tranquillitatem, & propter ipsius scientiae suauitatem, qua nihil est hominibus iucundius, plures, quam utile fuit rebus publicis, delectauit. itaque ut ei studio se excellentissimis ingenijs homines dederunt, ex ea summa facultate uacui ac liberi temporis, multo plura, quam erat necesse, doctissimi homines, otio nimio, & ingenijs uberrimis affluentes, curanda sibi esse ac quaerenda & inuestiganda



erunt. Nam uetus quidem illa doctrina eadem
teur & recte faciendi, & bene dicendi magistra:
que diuincti doctores, sed ijdem erant uiuendi
ceptores, atque dicendi: ut ille apud Homerum
lenix, qui se à Peleo patre Achilli iuueni comitem
datum dicit ad bellum, ut illum efficeret orato-
ri uerborum actoremq; rerum. Sed ut homines
re assiduo & quotidiano assueti, cum tempesta-
tausa opere prohibentur, ad pilam se, aut ad ta-
i aut ad tesseras conferunt, aut etiam nouum
ipsi aliquem excogitant in otio ludum: sic illi à
ptijs publicis, tanquam ab opere aut temporibus
lesi, aut uoluntate sua feriati, totos se alij ad
us, alij ad geometras, alij ad musicos contule-
t, alij etiam, ut dialectici, nouum sibi ipsi stu-
n ludumq; pepererunt, atque in ijs artibus, qua
rea sunt, ut puerorum mentes ad humanitatem
erentur atque uirtutem, omne tempus atque
s suas consumpserunt. Sed quòd erant quidam,
multi, qui aut in republica propter ancipitem,
non potest esse seiuncta, faciendi, dicendiq; sa-
uam florere, ut Themistocles, ut Pericles, ut
iamenes; aut qui minus ipsi in rep. uersaren-
sed ut huius tamen eiusdem sapientia doctores
t, ut Gorgias, Thrasymachus, Isocrates: in-
sunt, qui cum ipsi doctrina & ingenijs abun-
t, à re autem civili, & à negotijs animi quo-
iudicio abhorrerent, hanc dicendi exercitatio-
exagitarent atque contemnerent: quorum prin-
iocrates, is, qui omnium eruditorum testimo-



D E O R A T O R E

nio, totiusq; iudicio Græciæ cum prudentia, & acu-
 mine, & uenustate, & subtilitate, tum uero elo-
 quentia, uarietate, copia, quam se cunque in par-
 tem dedisset, omnium fuit facile princeps, ijs, qui
 hæc, quæ nos nunc quærimus, tractarent, agerent;
 docerent, cum nomine appellarentur uno, quod om-
 nis rerum optimarum cognitio, atque in ijs exerci-
 tatio philosophia nominaretur, hoc commune nomen
 eripuit, sapienterq; sentiendi, & ornate dicendi scien-
 tiam, re coherentes, disputationibus suis separauit;
 cuius ingenium uariosq; sermones immortalibus
 scriptis suis Plato tradidit, cum ipse literam Socra-
 tes nullam reliquisset. Hinc dissidium illud extitit
 quasi linguæ, atque cordis, absurdum sane, & im-
 tile, & reprehendendum, ut alij nos sapere, alij di-
 cere docerent. Nam cum essent plures orti fere à So-
 crate; quòd ex illius uariis & diuersis, & in om-
 nem partem diffusis disputationibus alijs aliud ap-
 prehenderat; profeminatæ sunt quasi familiæ dissen-
 tientes inter se, & multum disiunctæ, & disparæ,
 cum tamen omnes se philosophi Socraticos & dici
 uellent, & esse arbitrarentur. Ac primo ab ipso Pla-
 tone Aristoteles, & Xenocrates, quorum alter Peripa-
 teticorum, alter Academiæ nomen obtinuit; deinde
 ab Antisthene, qui patientiam & duritiam in So-
 cratico sermone maxime adamarat, Cynici primum,
 deinde Stoici; tum ab Aristippo, quem illæ magis
 uoluptariæ disputationes delectarant, Cyrenaica phi-
 losophia manauit: quam ille & eius posteri simpli-
 citer defenderant, ij, qui nunc uoluptate omnia me-



tur, dum uerecundius id agunt, nec dignitati
 faciunt, quam non aspernantur; nec uolupta-
 tuentur, quam amplexari uolunt. Fuerunt e-
 tiam alia genera philosophorum, qui se omnes fere
 uticos esse dicebant, Eretriorum, Herilliorum,
 Aricorum, Pyrrhonorum: sed ea horum uis &
 stationibus sunt iandiu fracta ex extincta. Ex-
 istentem, quæ remanent, ea philosophia; quæ su-
 perat patrocinium uoluptatis, etsi cui uera uidea-
 procul abest tamen ab eo uiro, quem quarimus,
 uem auctorem publici consilij, & regendæ ciui-
 tudinem, & sententiæ atque eloquentiæ principem
 in statu, in populo, in causis publicis esse uolu-
 mus: nec ulla tamen ei philosophia fiet iniuria à no-
 bis, non enim repelletur inde, quò aggredi cupiet,
 in hortulis quiescet suis, ubi uult, ubi etiam re-
 nus molliter & delicate, nos auocat à Rostris, à iu-
 ris, à curia, fortasse sapienter, ac præsertim à rep.
 non ego non quero nunc, quæ sit philosophia ue-
 ra, sed quæ oratori coniuncta maxime. Quare
 sine ulla contumelia dimittamus: sunt enim &
 uiri, & quoniam sibi ita uidentur, beati: tan-
 tum eos admoneamus, ut illud, etiam si est ueris-
 simum, tacitum tamen tanquam mysterium teneant,
 negant uersari in rep. esse sapientis. Nam si
 nobis atque optimo cuique persuaserint, non po-
 tuit ipsi esse, id quod maxime cupiunt, otiosi.
 Nos autem, quos minime improbo, dimitto ta-
 mentum nec eos iratos uereor, quoniam omnino irasci-
 unt: atque hanc ijs. habeo gratiam, quòd soli



ex omnibus eloquentiam uirtutem ac sapientiam esse
 dixerunt: sed utrunque est in his, quod ab hoc, quem
 instruimus, oratore ualde abhorreat: uel quod
 omnes, qui sapientes non sint, seruos, latrones, ho-
 stes, insanos esse dicunt, neque tamen quenquam
 esse sapientem. ualde autem est absurdum, ei con-
 cionem, aut senatum, aut ullum cœtum hominum
 committere, cui nemo illorum, qui adsint, sanus,
 nemo ciuis, nemo liber esse uideatur. Accedit, quod
 orationis etiam genus habent fortasse subtile, et
 certe acutum, sed, ut in oratore, exile, inusitatum,
 abhorrens ab auribus uulgi, obscurum, inane, icin-
 num, attamen eiusmodi, quo uti ad uulgus nullo
 modo possis. alia enim et bona et mala uidentur
 Stoicis, et cæteris ciuibus, uel potius gentibus: di-
 uis honoris, ignominie, premij, supplicij: uere
 secus, nihil ad hoc tempus: sed ea si sequamur, nul-
 lam unquam rem dicendo expedire possimus. Reli-
 qui sunt Peripateci et Academici; quanquam Aca-
 demicorum nomen est unum, sententie due. nam
 Speusippus, Platonis sororis filius, et Xenocrates, qui
 Platonem audierat, et qui Xenocratem Polemo, et
 Crantor, nihil ab Aristotele, qui una audierat Pla-
 tonem, magnopere dissensit, copia fortasse et uari-
 etate dicendi pares non fuerunt. Arcesilas primus,
 qui Polemonem audierat, ex uarijs Platonis libris,
 sermonibusq; Socraticis hoc maxime arripuit, nihil
 se certi, quod aut sensibus, aut animo percipi pos-
 sit: quem ferunt eximio quodam usum lepore di-
 cendi, aspernatum esse omne animi sensusq; indi-



, primumq; instituisse (quanquam id fuit so-
 ram maxime) non, quid ipse sentiret, ostendere,
 contra id, quod quisque se sentire dixisset, di-
 re. Hinc hac recentior Academia emanavit, in
 extitit diuina quaedam celeritate ingenij dicen-
 opia Carneades: cuius ego etsi multos auditores
 ui Athenis, tamen auctores certissimos lauda-
 sum, & socerum meum Scaeuolam, qui eum
 audiuit adolescens, & Q. Metellum L. F.
 rem meum, clarissimum uirum, qui illum
 adolescente Athenis, iam affectum senectute,
 dies auditum esse dicebat. Hac autem, ut ex
 rino fluminum, sic ex communi sapientiam
 sunt doctrinarum facta diuortia, ut philo-
 tanquam in superum mare Ionium defluerent,
 m quiddam, & portuosum; oratores autem
 rum hoc Thuscum, & Barbarum, scopulo-
 etque infestum liberentur, in quo etiam ipse
 errasset. Quare si hac eloquentia, atque hoc
 contenti sumus, qui sciat aut negare oportere
 arguare, aut, si id non possis, tum ostendere
 fecerit, qui insimuletur, aut recte factum,
 terius culpa, aut iniuria, aut ex lege, aut
 tra legem, aut imprudentia, aut necessario,
 e eo nomine usurpandum quo arguatur, aut
 agi, ut debuerit, ac licuerit; & si satis esse
 ea, quae isti scriptores artis docent, discere,
 ulo tamen ornatius, quam ab illis dicuntur, &
 explicauit Antonius: sed si his contenti estis,
 is etiam, quae dici uoluistis à me, ex ingenti



quodam oratorem, immensoq; campo in exigis
sane gyrum compellitis. Sin ueterem illum Periclitum
aut hunc etiam, qui familiarior nobis propter sci-
rum multitudinem est, Demosthenem sequi uultis
& si illam præclaram, & eximiam speciem or-
ris perfecti, & pulchritudinem adamastis: aut
bis hæc Carneadia, aut illa Aristotelia uis compre-
denda est. Nanque, ut ante dixi, ueteres illi uel
ad Socratem omnem omnium rerum, quæ ad uiam
hominum, quæ ad uitam, quæ ad uirtutem,
ad remp. pertinebant, cognitionem & scientiam
cum dicendi ratione iungebant: postea dissociatim
exposui, à Socrate disertis à doctis, & deinceps
Socraticis item omnibus, philosophi eloquentiam
spexerunt, oratores sapientiam; neque quidem
ex alterius parte tetigerunt, nisi quod illi ab his
ab illis hi mutuarentur, ex quo promiscue hauriri
si manere in pristina communionem uoluissent. Sed
Pontifices ueteres propter sacrificiorum multitudinem
tres uiros Epulones esse uoluerunt, cum essent in
Numa, ut etiam illud ludorem epulare sacrificium
facerent, instituti: sic Socratici à se causarum
res, à communi philosophia nomine separauerunt,
cum ueteres dicendi & intelligendi mirificam
tatem esse uoluissent. Quæ cum ita sint, paulo
equidem de me deprecabor, & petam à uobis, ut
quæ dicam, non de memet ipso, sed de oratore ad
putetis. Ego enim sum is, qui cum summo studi-
eris in pueritia doctus essem, & in forum in-
tantum, quantum ipse sentio, non tantum, quæ



forsitan uobis uidear, detuliffem, non poffum
me hac, qua nunc complector, perinde, ut di
discenda effe, didiciffe, quippe qui omnium ma
ue ad publicas caufas accefferim, annosq; na
um & uiginti nobiliffimum hominem & elo
iffimum in iudicium uocarim, cui disciplina
forum, magifter ufus, & leges, & instituta
R. mosq; maiorum. Paulum, fitiens iftarum
a, de quibus loquor, gustauit Quæftor in Asia,
iffem æqualem fere meum ex Academia rheto
æctus Metrodorum illum, de cuius memoria
morauit Antonius; & inde decedens, Athe
ni ego diutius effem moratus, nifi Athenienfi
quòd myfteria non referrent, ad quæ biduo fe
eneram, succeniffem. Quare hoc, quòd
etor tantam fcientiam uimq; doctrinæ, non
non pro me, fed contra me effe potius, (non
quid ego, fed quid orator poffit, difputo) at
omnes, qui artes rhetoricas exponunt, perri
scribunt enim de litium genere, & de prin
& de narrationibus: illa uis autem eloquen
ta effe, ut omnium rerum, uirtutum, offi
, omnisq; naturæ, quæ mores hominum, quæ
, quæ uitam continet, originem, uim, mu
q; teneat; eadem mores, leges, iura descri
mp. regat; omnia, quæ ad quancunque rem
unt, ornate copiofeq; dicat. In quo genere
idem uerfamur tantum, quantum poffumus;
in ingenio, quantum mediocri doctrina, quan
tu ualemus: neque tamen iftis, qui in una

D E O R A T O R E

philosophia quasi tabernaculum uitæ suæ collocant, nullum sane in disputatione concedimus, quid enim meus familiaris C. Velleius asserere potest, quamobrem uoluptas sit summum bonum, quod ego non copiosius possim uel tutari, si uelim, uel refellere ex illis locis, quos exposuit Antonius, hæc dicendi exercitatione, in qua Velleius est rudis, unusquisque nostrum uersatus? Quid est, quod aut Pompeius, aut duo Balbi, aut meus amicus, qui Panætio uixit, M. Visellius, de uirtute, homines Stoici, possint dicere, qua in disputatione ego habebam, aut uestrum quisquam concedere? non in philosophia similis artium reliquarum. nam quid sciet in geometria, qui non didicerit? quid in musica aut taceat oportebit, aut ne sanus quidem iudicetur. Hæc uero, quæ sunt in philosophia, ingenia eruuntur ad id, quod in quoque uerisimile est, dicendum acutis atque acribus; eaq; exercitata oratione poliuntur. Hic hic noster uulgaris orator, minus erit doctus, attamen in dicendo exercitatus, hac ipsa exercitatione communi, istos quidem nostros uerberabit, neque se ab ijs contemni ac despicinet: sin aliquis extiterit aliquando, qui Aristoteli more de omnibus rebus in utranque sententiam potest dicere, & in omni causa duas contrarias orationes præceptis illius cognitis explicare; aut hoc Aristotele modo & Carneadis contra omne, quod propositum sit, disserat; quiq; ad eam rationem adiungat hunc rhetoricum usum, moremq; exercitationem dicendi; iis sit uerus, is perfectus, is solus orator.



sine forensibus nervis satis uehemens, & gra-
 ue sine uarietate doctrinae satis politus, & sa-
 tis esse orator potest. Quare Coracem istum ue-
 patiamur nos quidem pullos suos excludere in-
 qui euolent clamatores odiosi ac molesti: Pam-
 uq; nescio quem sinamus in infulis tantam
 tanquam pueriles delicias aliquas, depingere:
 ipsi hac tam exigua disputatione hesterni, &
 ni diei totum oratoris munus explicemus;
 modo illa res tanta sit, ut omnibus philosopho-
 bris, quos nemo oratorum istorum unquam
 comprehensa esse uideatur. Tum Catulus,
 naquam hercle, inquit, Crasse mirandum
 est in te tantam dicendi uel uim, uel suauita-
 tel copiam: quem quidem antea natura rebar
 re, ut mihi non solum orator summus, sed
 sapientissimus homo uiderere: nunc intelligo
 temper etiam potiora duxisse, quæ ad sapien-
 taret, atque ex his hanc dicendi copiam
 sed tamen cum omneis gradus ætatis recor-
 ; cumq; uitam tuam, ac studia considero;
 uo tempore ista didiceris, uideo; nec magno-
 ris studijs, hominibus, libris intelligo dedi-
 ueque tamen possum statuere, utrum magis
 : illa, quæ mihi persuades, maxima esse ad-
 , potuisse in tuis tantis occupationibus per-
 an, si non potueris, posse isto modo dicere.
 Tus, Hoc tibi, inquit, Catule primum per-
 uelim, me non multo secus facere, cum de
 disputem, ac facerem, si esset mihi de hi-

strione dicendum: negarem enim posse eum satisfacere in gestu, nisi palastram, nisi saltare didicisset, neque ea cum dicerem, me esse histrionem nec esset, sed fortasse non stultum alieni artificij eximiatorem. Similiter nunc de oratore, uestro impio loquor, summo scilicet. semper enim, quacumque de arte, aut facultate quaeritur, de absoluta & perfecta quaeri solet. quare, si iam me uultis esse oratorem, si etiam sat bonum, si bonum denique, non pugnabo: (quid enim nunc sim ineptus? ita existimari scio!) quod si ita est, summius tamen te non sum. neque enim apud homines res est difficilius, neque maior, neque quae plura adiuta doctrinae desideret. attamen, quoniam de oratore nobis disputandum est, de summo oratore dicam. necesse est. uis enim & natura rei, nisi perfecta oculis ponitur, qualis & quanta sit, intelligi non potest. Me autem Catule fateor neque hodie in istis, & cum istis hominibus uiuere; nec uero quod tu recte commemorasti, ullum unquam habuisse sepositum tempus ad discendum; ac tantum habuisse doctrinae temporis, quantum mihi puerilis forenses feriae concesserint. At si quaeris Catule, doctrina ista quid ego sentiam: non tantum in gaudio homini, & ei, qui forum, qui curiam, qui aequum qui remp. spectat, opus esse arbitror temporis, quantum sibi ipsi sumpserunt, quos discentes uita deest. omnes enim artes aliter ab ijs tractantur, qui eas ad usum transferunt; aliter ab ijs, qui ipsarum aequum tractatu delectati, nihil in uita sunt aliud acturi.

Magistra



Magister hic Samnitium summa iam senectute est,
quotidie commentatur: nihil enim curat aliud,
ne uelocius puer addidicerat. sed quòd erat a-
es ad illud, totumq; cognorat, fuit, ut est apud
alium,
namuis bonus ipse
nnis, in ludo ac rudibus cuius satis asser.
plus operæ foro tribuebat, amicis, rei familiari.
erius quotidie cantabat: erat enim scenicus. quid
ret aliud? At Numerius Furius, noster fami-
is, cum est commodum, cantat: est enim pater-
ilias, est eques Romanus; puer didicit, quod di-
dum. Eadem ratio est harum artium maxima-
s. dies, & noctes uirum summa uirtute & pru-
tia uidebamus, philosopho cum operam daret,
Tuberonem: at eius auunculum uix intellige-
tid agere, cum ageret tamen, Africanum. Ista
untur facile; si & tantum sumas, quantum opus
& habeas, qui docere fideliter possit; & scias
n ipse discere. sed si tota uita nihil uelis aliud
e, ipsa tractatio & quaestio quotidie ex se gignit
uid, quod cum desidiosa delectatione uestiges. ita
ue agitatione rerum sit infinita cognitio; faci-
sus doctrinam confirmet; mediocris opera tri-
tur; memoria studiumq; permaneat. libet autem
per discere, ut si uelim ego talis optime ludere,
pila studio teneat, etiam fortasse si assequi non
im: at alij, quia praclare faciunt, uehemen-
s, quàm causa postulat, delectantur, ut Titius
h, Brulla talis. Quare nihil est, quod quisquam

Q



DE ORATORE

magnitudinem artium ex eo, quòd senes discunt
 pertimescat: nanque aut senes ad eas accesserunt
 aut usque ad senectutem in studijs detinentur, atque
 sunt tardissimi. Res quidem se mea sententia sic ha-
 bet, ut, nisi quod quisque cito potuerit, nunquam
 omnino possit perdiscere. Iam iam, inquit Catulus,
 intelligo Crasse quid dicas: & hercule assentior: scilicet
 tuis uideo tibi, homini ad perdiscendum acerrimo, quod
 ea cognoscenda, quæ dicis, fuisse temporis. Pergis
 inquit Crassus, me, quæ dicam, de me, non de re
 putare dicere? Sed iam, si placet, ad instituta
 deamus. Mihi uero, Catulus inquit, placet. Tum
 Crassus, Quorsum igitur hæc spectat, inquit, ut
 longe, & tam alte repetita oratio? hæc duæ partem
 quæ mihi supersunt, illustranda orationis, ac
 rursus eloquentiæ cumulanda, quarum altera dici potest
 stulat ornate, altera apte, hanc habent uim, ut
 quammaxime iucunda, quammaxime in sensus
 eorum, qui audiunt, influat, & quamplurimis
 rebus instructa. Instrumentum autem hoc forense
 litigiosum, acre, tractum ex uulgi opinionibus,
 exiguum sane atque mendicium est: illud rursus
 sum, quòd tradunt isti, qui profitentur se dicendi
 magistros, non multo est maius, quàm illud uulga-
 re ac forense. Apparatu nobis opus est, & rebus
 exquisitis undique, & collectis, arcessitis com-
 patitis; ut tibi Cæsar faciendum est ad annum; ut ego
 in Aedilitate laboraui; quòd quotidianis & uer-
 culis rebus satisfacere me posse huic populo non pa-
 tabam. Verborum eligendorum, & collocandorum,



concludendorum facilis est uel ratio, uel sine ra-
ipſa exercitatio. Rerum eſt ſylua magna,
cum Græci iam non tenerent, ob eamq; cau-
uentus noſtra dediceret pene diſcendo; etiam
ni, ſi diſ placet, hoc biennio magiſtri dicendi
runt: quos ego Cenſor ediſto meo ſuſtuleram;
uo, ut neſcio quos dicere aiebant, acui ingenia
centium nollem; ſed contra ingenia obtundi
corroborari impudentiam. nam apud Græcos,
modi eſſent, uidebam tamen eſſe, præter hanc
tationem linguæ, doctrinam aliquam, & hu-
tatem dignam ſcientia: hos uero nouos magi-
nihil intelligebam poſſe docere, niſi ut auderent:
etiam cum bonis rebus coniunctum, per ſe ip-
t magnopere fugiendum. hoc cum unum tra-
r; & cum impudentiæ ludus eſſet; putauit eſ-
ſoris, ne longius id ſerperet, providere. quan-
non hæc ita ſtatuo atque decerno, ut deſperem
e ea, de quibus diſputauimus, tradi ac per-
patitur enim & lingua noſtra, & natura
, ueterem illam, excellentemq; prudentiam
rum ad noſtrum uſum, moremq; transferri:
minibus opus eſt eruditis; qui adhuc in hoc
i genere noſtri nulli fuerunt: ſin quando ex-
, etiam Græcis erunt antepoſendi. Ornatur
oratio genere primum, & quaſi colore quo-
& ſucco ſuo. nam ut grauis, ut ſuauiſ, ut
& ſit, ut liberalis, ut admirabilis, ut polita;
ſus, ut dolores habeat, quantum opus ſit; non
zolorum articulorum: in toto ſpectantur hæc



D E O R A T O R E

corpore: ut porro conspersa sit quasi uerborum, sententiarumq; floribus, id non debet esse fufum aquabiliter per omnem orationem, sed ita diftinctum, ut sint quafi in ornatu difpofita quedam infignia & lumina. Genus igitur dicendi eft eligendum, quod maxime teneat eos, qui audiant, & quod non folum delectat, fed etiam fine fatietate delectet. (non enim à me iam expectari puto, ut moneam, ut auentis, ne exilis, ne inculta fit ueftra oratio, ne uilgaris, ne obfoleta: aliud quiddam maius & ingenia me hortantur ueftra, & etates) difficile enim dictu eft, quenam caufa fit; cur ea, que maxime fensus nostros impellunt uoluptate, & specie prima acerrime commouent, ab ijs celerrime fuffo quodam & fatietate abalienemur. Quanto, colorum pulchritudine, & uarietate, floridiora funt in picturis nouis pleraque, quam in ueteribus? que tamen etiam fi primo afpectu nos ceperunt, diutius non delectant; cum ijdem nos in antiquis tabulis illo ipfo horrido obfoletoq; teneamur. Quanto molliores funt, & deliciares in cantu flexiones, & falfe uocales, quam certe, & feueræ? quibus tamen non mouentur aufteri, fed, fi fapius funt, multitudo ipfi redimat. Licet hoc uidere in reliquis fensibus, unguentis minus diu nos delectari fumma & acerrima fuanitate conditis, quam his moderatis; & magis laudari quod terram, quam quod crocum olere uideatur: in ipfo tactu effe modum & mollitudinis, & leuitatis. Quin etiam gultatus, qui eft fensus ex omnibus maxime uoluptarius, quiq; dulcitudine præter ca-



sensus commouetur, quàm cito id, quod ualde
 deest, aspernatur ac respuit? quis potione uti,
 cibo dulci diutius potest? cum utroque in genere
 quæ leuiter sensum uoluptate moueant, facillime
 fugiant satietatem. sic omnibus in rebus uolu-
 ptatibus maximis fastidium finitimum est. Quo-
 minus in oratione miremur, in qua uel ex poe-
 ta uel ex oratoribus possumus iudicare, concinnam,
 nectam, ornata, festiuam, sine intermissione,
 sine reprehensione, sine uarietate, quamuis claris
 coloribus picta uel poesis, uel oratio, non posse
 electatione esse diuturna. atque eo citius in ora-
 tione, aut in poeta cincinnis ac fucis offenditur;
 sed sensus in nimia uoluptate natura, non mente
 errant; in scriptis & in dictis, non aurium so-
 lunt, sed animi iudicio etiam magis, infucata uitia
 uidentur. Quare bene & præclare, quamuis no-
 ta sepe dicatur: belle & festiuæ, nimium sepe uo-
 lunt, quamquam illa ipsa exclamatio, Non potest me-
 ritum sit uelim crebra, sed habeat tamen illa in dicendo
 uariatio ac summa laus umbram aliquam & recessum,
 quo magis id, quod erit illuminatum, extare at-
 tueri uideatur. Nunquam agit hunc uersum
 uisus eo gestu, quo potest.

ut sapiens uirtuti honorem præmium, haud præ-
 mium, petit;

ut præcipit prorsus, ut in proximo,
 quid uideo? ferro septus possidet sedes sacras,
 dat, afficiat, admiretur, stupefeat.
 ille alter?

Quid petam praesidij?

quam leniter, quam remisse, quam non aetuose? in-
stat enim,

O pater, o patria, o Priami domus.

In quo tanta commoerit actio non posset, si esset con-
sumpta superiore motu, & exhausta. Neque id a-
ctores prius uiderunt, quam ipsi poetae, quam deni-
que illi etiam, qui fecerunt modos: à quibus utrisque
summittitur aliquid, deinde augetur, extenuatur,
inflatur, uariatur, distinguitur. Ita sit nobis igitur
ornatus & suavis orator, nec tamen potest aliter ef-
se, ut suauitatem habeat austeram & solidam, non
dulcem atque decoctam. nam ipsa ad ornandum
praecpta, quae dantur, eiusmodi sunt, ut ea quae
uis uitiosissimus orator explicare possit. Quare,
ante dixi, primum sylua rerum, ac sententiarum
comparanda est; qua de parte dixit Antonius. ha-
formanda filo ipso & genere orationis, illuminanda
uerbis, uarianda sententijs. Summa autem laus de-
quentiae est, amplificare rem ornando: quod uel
non solum ad augendum aliquid, & tollendum aliquid
dicendo, sed etiam ad extenuandum atque abijcien-
dum. Id desideratur omnibus ijs in locis, quos ad
dem orationis faciendam adhiberi dixit Antonius,
cum explanamus aliquid, uel cum conciliamus ani-
mos, uel cum concitamus. Sed in hoc, quod postre-
mum dixi, amplificatio potest plurimum; eaque
laus oratoris est, & propria maxime. Etiam motus
est illa exercitatio, quam extremo sermone instruit
Antonius, primo reijciebat, laudandi, & uituperandi



nihil est enim ad exaggerandam & amplifican-
 m orationem accommodatius, quam utrunque
 rum cumulatiflime facere posse. Consequentur
 m illi loci, qui quanquam proprij causarum, &
 erentes in eorum nervis esse debent, tamen, quia
 niuersa retractari solent, communes à uiceribus
 minati sunt: quorum partim habent uitiorum &
 atorum acrem quandam cum amplificatione in-
 ationem, aut querelam, contra quam dici nihil
 , nec potest, ut in depeculatorem, in proditorem,
 arricidam, quibus uti confirmatis criminibus o-
 et: aliter enim ieiuni sunt, atque innanes: alij
 on habent deprecationem, aut miserationem: alij
 ancipites disputationes; in quibus de uniuerso
 re in utranque partem differi copiose licet. Quæ
 fitatio nunc propria duarum philosophiarum,
 uibus ante dixi, putatur: apud antiquos erat
 m, à quibus omnis de rebus forensibus dicendi
 : & copia petebatur. De uirtute enim, de offi-
 de a quo & bono, de dignitate, honore, igno-
 a, premio, pœna, similibusq; de rebus in utran-
 artem dicendi, omnino & uim & artem ha-
 debemus: sed quoniam de nostra possessione de-
 , in paruo & co litigioso prædiolo relictus sumus,
 iorum patroni nostra tenere tueriq; non potui-
 ab ijs, quod indignissimum est, qui in nostrum
 monium irruerunt, quod opus est nobis, nu-
 r. Dicunt igitur nunc quidem illi, qui ex
 lula parua urbis, ac loci nomen habent, &
 xetici philosophi, aut Academici nominantur,

olim autem propter eximiam rerum maximarum scientiam à Græcis Politici philosophi appellati, uniuersarum rerum publicarum nomine uocabantur, omnem ciuilem orationem in horum alterutro genere uersari, aut definita controuersia certis temporibus ac rebus, hoc modo, placeat ne à Carthaginensibus captiuos nostros redditus suis recuperari; aut infinita uniuerso genere, querentis, quid omnino de captiuo statuendum, ac sentiendum sit. atque horum superiorius illud genus causam, aut controuersiam appellat; eamque tribus, lite, aut deliberatione, aut latione definiunt: hæc autem altera questio infinita, & quasi proposita, consultatio nominatur. & que hætenus loquuntur. Etiam hæc instituendo diuisione utuntur, sed ita, non ut iure, aut iudicio ut denique recuperare amissam possessionem, sed ex iure ciuili surculo defringendo usurpare uideantur. Nam illud alterum genus, quod est temporibus, locis, rebus definitum, obtinent, atque id ipsam lacinia: (nunc enim apud Philonem, quem in Academia maxime uigere audio, etiam harum iam uersarum cognitio exercitatioque celebratur) alterum uero tantummodo in prima arte tradenda nominant, & oratoris esse dicunt: sed neque uim, neque naturam eius, nec partes, nec genera proponunt: præteriri omnino fuerit satius, quam attentatè diseri. nunc enim inopia reticere intelliguntur, ut iudicio uiderentur. Omnis igitur res eandem habet naturam ambigendi, de qua queri & disceptari potest, siue in infinitis consultationibus disceptatur, si-



in ijs causis, quæ in civili, atque in forensi disce-
 ratione uersantur: neque est ulla, quæ non aut ad
 noscendi, aut ad agendi uim rationemq; refera-
 tur. Nam aut ipsa cognitio rei scientiâq; perquiritur,
 ut Virtus suam ne propter dignitatem, an propter
 status aliquos expetatur: aut agendi consilium ex-
 citatur, ut, Sit ne sapienti capeffenda respublica.
 Definitionis autem tres modi, coniectura, definitio;
 aut ita dicam, consecutio. Nam, quid in re sit,
 coniectura queritur, ut illud, Sit ne in humano
 re sapientia. Quam autem uim quæque res ha-
 bet, definitio explicat, ut si queratur, quid sit sa-
 pientia. Consecutio autem tractatur, cum, quid
 sequitur rem sequatur, inquiritur, ut illud, Sit ne
 mentiri boni uiri. Redeunt rursus ad con-
 iecturam, eamq; in quatuor genera differunt:
 aut, quid sit, queritur, hoc modo, Naturâ ne
 inter homines, an opinionibus: aut, quæ sit
 cuiusque rei, ut, quod sit initium legum aut
 in publicarum: aut causa & ratio, ut si qua-
 eratur, cur doctissimi homines de maximis rebus dis-
 sentiant: aut de immutatione, ut si disputetur, num
 uirtus in homine, aut num in uitium possit
 uerti. Definitionis autem sunt disceptationes, ut
 queritur, quid in communi mente quasi im-
 mune sit; ut si differatur, id ne sit ius, quod ma-
 gis parti sit utile: aut cum, quid cuiusque sit
 officium, exquiritur, ut, Ornate dicere pro-
 ne sit oratoris, an id etiam aliquis præterea
 possit: aut cum res distribuitur in partes, ut si qua-

ratur, quot sint genera rerum expetendarum, u
 sint ne tria, corporis, animi, externarumq; rerum,
 aut cum, quæ forma & quasi naturalis nota cuius
 que sit, describitur, ut si queratur auari species,
 ditiosi, gloriosi. Consecutionis autem duo prin
 cipalium genera ponuntur. nam aut simplex
 disceptatio, ut si differatur, expetendâ ne sit glori
 aut ex comparatione, laus an diuitia magis exp
 tendenda sint. Simplicium autem sunt tres modi, de e
 petendis, fugiendis uel rebus, ut expetendâ ne hono
 sint, num fugienda paupertas: de æquo, aut iniquo
 æquum ne sic ulcisci iniurias etiam propinquorum
 de honesto, aut turpi, ut hoc, sit ne honestum glori
 causa mortem obire. Comparationis autem duo su
 modi; unus, cum, idem ne sit, an aliquid intersit
 queritur; ut metuere & uereri, ut rex & tyran
 nus, ut assentator & amicus: alter, cum, qu
 præstet aliud alij, queritur; ut illud, optimi ne a
 iusque sapientes, an populari laude ducantur. A
 que eæ quidem disceptationes, quæ ad cognitionem
 referuntur, sic fere à doctissimis hominibus deseri
 buntur. quæ uero referuntur ad agendum, aut
 officij disceptatione uersantur; quo in genere, qu
 rectum faciendumq; sit, queritur; cui loco omni
 uirtutum, & uitiorum est sylua subiecta: aut
 animorum aliqua permotione aut gignenda, a
 sedanda tollendâ uel tractantur. huic generi subie
 ctæ sunt cohortationes, obiurgationes, consolationes,
 miserationes, omnisq; ad omnem animi motum
 impulsio, & si ita res feret, mitigatio. Explicat



ur his generibus ac modis disceptationum omnium, nihil sane ad rem pertinet, si qua in re discre-
et ab Antonij diuisione nostra partitio: eadem
n sunt membra in utrisque disputationibus, sed
o secus à me, atque ab illo, partita ac distribu-
Nunc ad reliqua progrediar, meq; ad meum
us pensumq; reuocabo. Nam ex illis locis, quos
sunt Antonius, omnia sunt ad quæque genera-
tionum argumenta sumenda: sed alijs generi-
lij loci magis erunt apti: de quo, non tam quia-
um est, quam quia perspicuum, dici nihil est
se. Ornatissimæ sunt igitur orationes eæ, quæ
me uigantur, & à priuata ac singulari con-
rsia se ad uniuersi generis uim explicandam
runt & conuertunt; ut ij, qui audiant, na-
& genere, & uniuersa re cognita, de singu-
, & criminibus, & litibus statuere possint.
ad consuetudinem exercitationis uos adolescen-
cohortatus Antonius, atque à minutis angu-
concertationibus ad omnem uim uarietatemq;
ndi traducendos putauit. Quare non est pau-
libellorum hoc munus, ut ij, qui scripserunt
endi oratione, arbitrati sunt, neque Tusculani
huius ambulationis antemeridiane, aut no-
meridiane sessionis. non enim solum acuen-
is neque procudenda lingua est; sed oneran-
omplendumq; pectus maximarum rerum &
rarum srauitate, copia, uarietate. nostra est
si modo nos oratores sumus, si in ciuium di-
onibus, si in periculis, si in deliberationibus.



D E O R A T O R E

publicis adhibendi auctores & principes sumus) nostra est, inquam, omnis ista prudentiæ doctrinæque possessio; inquam homines quasi caducam atque uacuam abundantes otio nobis occupatis inuolauerunt; atque etiam aut irridentes oratorem, ut ille in *Corinthia* Socrates, cauillantur; aut aliquid de oratorum arte paucis præcipiunt libellis, eosque rhetoricos inscribunt: quasi non illa sine propria rhetorum, que ab iisdem de iustitia, de officio, de ciuitatibus instituendis & regendis, de omni uiuendi, denique etiam de naturæ ratione dicuntur. Quæ quoniam iam aliunde non possumus, sumenda sunt nobis ab ijs ipsis, quibus expilati sumus; dummodo illa ad hanc civilem scientiam, quò pertinent, & quam intuentur, transferamus; neque, ut ante dixi, omnem ætatem in his discendis rebus ætatem; sed, cum forte uiderimus, quos nisi qui celeriter cognorit, nunquam cognoscet omnino, tum, quotiescunque opus erit, ex ijs tantum, quantum res petet, hauriemus. Non neque tam est acris acies in naturis hominum & ingenijs, ut res tantas quisquam nisi monstratas possit uidere; neque tanta tamen in rebus obscuritas, ut eas non penitus acri utr ingenio cernat, si modo aspexerit. In hoc igitur tanto, tamque immenso campo cum liceat oratori uagari libere, atque, ubicunque constiterit, consistere in suo; facile suppediet omnis apparatus ornatusque dicendi. Rerum enim copia uerborum copiam gignit: & si est honestas in rebus ipsis, de quibus dicitur, existit ex rei natura quidam splendor in uerbis. sic modo is, qui dicit,



bet, institutus liberaliter educatione doctrinaq;
 bili; & flagret studio; & à natura adiuuetur;
 in uniuersorum generum infinitis disceptationi-
 exercitatus, ornatissimos scriptores oratoresq; ad
 oscendum imitandumq; cognorit: nã ille haud
 , quemadmodum uerba struat & illuminet, à
 istris istis requiret. Ita facile in rerum abundan-
 id orationis ornamenta sine duce, natura ipsa,
 odo est exercitata, labetur. Hic Catulus, Di
 portales, inquit, quantam rerum uarietatem,
 uitam uim, quantam copiam Crasse complexus
 quantisq; ex angustijs oratorem educere ausus
 in maiorum suorum regno collocare. Nanque
 ueteres doctores auctoresq; dicendi nullum ge-
 ldisputationis à se alienum putasse accepimus,
 erq; esse in omni orationis ratione uersatos. ex
 us Heleus Hippias, cum Olympiam uenisset,
 ma illa quinquennali celebritate ludorum glo-
 est, cuncta pene audiente Græcia, nihil esse
 in arte rerum omnium, quod ipse nesciret; nec
 in has artes, quibus liberales doctrinae atque in-
 te continerentur, geometriam, musicam, lite-
 in cognitionem & poetarum, atque illa, quae
 inimum moribus, quae de rebus publicis diteren-
 sed annulum, quem haberet, pallium, quo ami-
 soccos, quibus indutus esset, se sua manu con-
 . scilicet nimis hic quidem est progressus: sed
 ipso est coniectura facilis, quantum sibi illi ipsi
 tes de praclarissimis artibus appetierint, qui ne
 tiores quidem repudiarint. Quid de Prodicò



D E O R A T O R E

Cio, quid de Thrasymacho Calcedonio, de Protago-
 ra Abderita loquar? quorum unusquisque pluri-
 mum temporibus illis etiam de natura rerum
 disseruit, & scripsit. Ipse ille Leontinus Gorgias,
 quo patrono, ut Plato uoluit, philosopho suau-
 buit orator; qui aut non est uictus unquam à So-
 crate, neque sermo ille Platonis uerus est; aut,
 est uictus, eloquentior uidelicet fuit, & disertior
 Socrates, & ut tu appellas, copiosior, & melior
 orator: sed hic in illo ipso Platonis libro de omni re,
 quæcumque in disceptationem questionemq; uoca-
 retur, se copiosissime dicturum esse profitetur: isq;
 princeps ex omnibus ausus est in conuentu pos-
 re, qua de re quisque uellet audire: cui tantus
 honos habitus est à Græcia, soli ut ex omnibus
 Delphis non inaurata statua, sed aurea statueretur.
 Atque ij, quos nominavi, multiq; præterea summi
 dicendi doctores uno tempore fuerunt: ex quibus in-
 telligi potest, ita se rem habere, ut tu Crasse dicar,
 oratorisq; nomen apud antiquos in Græcia maiori
 quadam uel copia, uel gloria floruisse. Quo qui-
 dem magis dubito, tibi ne plus laudis, an Græcis ui-
 tuperationis esse tribuendum statuam: cum tu, in
 alia lingua ac moribus natus, occupatissima in ciui-
 tate, uel priuatorum negotijs penè omnibus, uel or-
 bis terræ procuratione, ac summi imperij guberna-
 tione districtus; tantam uim rerum cognitionemq;
 comprehenderit, eamq; omnem cum eius, qui consi-
 lio & oratione in ciuitate ualeat, scientia atque exer-
 citatione sociaris; illi, nati in literis, ardentesq; his



is, otio uero diffuentes, non modo nihil acqui-
rit, sed ne relictum quidem, & traditum, &
conseruauerint. Tum Crassus, Non in hac,
te, una Catule re, sed in alijs etiam compluri-
distributione partium ac separatione magnitu-
dine sunt artium diminuta. An tu existimas, cum
Hippocrates ille Couis, fuisse tum alios medicos,
orbis, alios, qui uulneribus, alios, qui oculis
tentur? num geometriam Euclide, aut Archi-
medum musicam Damone aut Aristoxeno, num
litteras Aristophane, aut Callimacho tractante
discerptas fuisse, ut nemo genus uniuersum
lectetur, atque ut alius aliam sibi partem, in
laboraret, seponeret? Equidem saepe hoc audi-
uere & de socero meo, nostros quoque homi-
ni excellere sapientiae gloria uellent, omnia,
eadem tum hac ciuitas nosset, solitos esse com-
meminerant illi Sex: Aelium: M. uero Ma-
nos etiam uidimus transuerso ambulante
quod erat insigne, cum, qui id faceret, face-
bus omnibus consilij sui copiam: ad quos olim
ambulantes, & in solio sedentes domi sic adi-
non solum ut de iure ciuili ad eos, uerum
de filia collocanda, de fundo emendo, de agro
de omni denique aut officio aut negotio re-
ferret. Hac fuit P. Crassi illius ueteris, hac Ti-
tiani, hac proxi generi mei Scipionis, pru-
uini hominis, sapientia; qui omnes Pontifices
fuerunt; ut ad eos de omnibus diuinis, atque
de rebus referretur: ijdemq; & in senatu &

apud populum, & in causis amicorum, & domi
 & militiae consilium suum fidemq; praestabat
 quid enim M. Catoni, praeter hanc politissimam
 Etrinam transmarinam, atque aduentitiam, defu-
 num, quia ius civile didicerat, causas non dicebat
 aut quia poterat dicere, iuris scientiam negligebat
 at utroque in genere & laboravit, & praestitum
 num propter hanc ex privatorum negotiis collectam
 gratiam tardior in rep. capessenda fuit? nemo a
 populum fortior, nemo melior senator: idem fuit
 optimus Imperator: denique nihil in hac ciuitate
 poribus istis sciri disci ue potuit, quod ille non
 inuestigavit, & scierit, tum etiam conscripserat.
 Nunc contra plerique ad honores adipiscendos, &
 rempublicam gerendam nudi ueniunt atque in-
 mes, nulla cognitione rerum, nulla scientia orationis
 sin aliquis excellit unus e multis; offert se, si
 aliquid affert, ut bellicam uirtutem, aut usum
 quem militarem, quae sane nunc quidem obsoletae
 runt; aut iuris scientiam, ne eius quidem unum
 nam pontificium, quod est coniunctum, nemo discit
 aut eloquentiam, quam in clamore & in uerbis
 cursu positam putant: omnium uero bonarum
 tum, denique uirtutum ipsarum societatem cogitationemq;
 tionemq; non norunt. Sed ut ad Graecos referam
 tionem, (quibus carere in hoc quidem sermone
 nere non possumus: nam ut uirtutis a nostris, &
 doctrinae sunt ab illis exempla petenda) septem fuisse
 se dicuntur uno tempore; qui sapientes & habentur
 tur, & uocarentur: hi omnes, praeter Miltiadem
 Thalem,



lem, ciuitatibus suis praesuerunt. Quis doctior
 illis temporibus, aut cuius eloquentia literis
 uetior fuisse traditur, quam Pisistrati? qui
 Homeri libros, confusos antea, sic disposuisse
 ut nunc habemus. non fuit ille quidem ciui-
 uis utilis, sed ita eloquentia floruit, ut literis
 praestaret. Quid Pericles? de cuius dicen-
 dia sic accepimus, ut, cum contra uoluntatem
 uenturum loqueretur pro salute patriae, seue-
 rantem id ipsum, quod ille contra populares ho-
 mines diceret, populare omnibus & iucundum ui-
 deretur: cuius in labris ueteres comici, etiam cum
 maledicerent, quod tum Athenis fieri licebat, le-
 uiter habitasse dixerunt; tantamque in eo uim fuisse,
 ut eorum mentibus, qui audissent, quasi aculeos
 inuicem relinqueret. At hunc non declamator ali-
 quid clepsydram latrare docuerat, sed, ut acce-
 dit, Clazomenius ille Anaxagoras, uir summus
 maximarum rerum scientia. itaque hic, doctri-
 nae consilio, eloquentia excellens, quadraginta an-
 nos praesuit Athenis, & urbanis eodem tempore &
 in rebus. Quid Critias? quid Alcibiades? ciui-
 uis suis quidem non boni, sed certe docti atque
 uirtutes, nonne Socraticis erant disputationibus
 uti? Quis Dionem Syracusium doctrinis omni-
 bus poliuuit? non Plato? atque cum idem ille, non
 solum, uerum etiam animi ac uirtutis ma-
 gister, ad liberandam patriam impulit, instruxit,
 et uirtute. Alijs ne igitur artibus hunc Dionem in-
 struxit Plato? alijs Isocrates clarissimum uirum Ti-

D E O R A T O R E

motheum, Cononis præstantissimi Imperatoris filium, summum ipsum Imperatorem, hominemq; doctissimum? aut alijs Pythagoreus ille Lysis Thebanum Epaminondam, haud scio an summum uirum unum omnis Græciæ? aut Xenophon Agesilaum? aut Philolaum Archytas Tarentinus? aut ipse Pythagoras totam illam ueterem Italia Græciam, quæ quondam magna uocitata est? Equidem non arbitror sic enim uideo, unam quandam omnium rerum, quæ essent homine erudito digna, atque eo, qui rep. uellet excellere, fuisse doctrinam: quam si accepissent, si iudem ingenio ad pronuntiandum uelissent, et se ad dicendum quoque non repugnante natura dedissent, eloquentia præstitisse. itaque ipse Aristoteles, cum florere Isocratem nobilitate discipulorum uideret; quòd ipse suis disputationibus causis forensibus et civilibus ad inanem sermonis elegantiam transtulisset, mutauit repente totam formam prope discipline suæ, uersumq; quendam Philoeteta paulo secus dixit. ille enim turpe fuit ait esse tacere cum Barbaris: hic autem, cum Isocratem pateretur dicere. itaque ornauit et illustrauit doctrinam illam omnem; rerumq; cognitionem cum orationis exercitatione coniunxit. Non uero hoc fugit sapientissimum regem Philippum, et hunc Alexandro filio doctorem accierit, à quo eorum ille et agendi acciperet præcepta, et eloquendi. Non siue quem uolet eum philosophum, qui copiam rerum orationisq; tradat, per me appellet oratorem uellet: siue hunc oratorem, quem ego dico sapientiam illam



habere eloquentiæ, philosophum appellare ma-
non impediam: dummodo hoc constet, neque in-
am eius, qui rem norit, sed eam explicare dicen-
on queat; neque inscitiam illius, cui res non sup-
, uerba non desint, esse laudandam: quorum si
um sit optandum, malim equidem indisertam
lentiam, quàm stultitiam loquacem. Sin quæri-
quid unum excellat ex omnibus: docto oratori
ea danda est: quem si patiuntur eundem esse
sophum, sublata controuersia est: sin eos disun-
hoc erunt inferiores, quòd in oratore perfecto
illorum omnis scientia, in philosophorum autem
itione non continuo inest eloquentia: quæ quam-
ontemnatur ab eis, necesse est tamen aliquem
lum illorum artibus afferre uideatur. Hac cum
sus dixisset, parumper & ipse conticuit, & cæ-
silentium fuit. Tum Cotta, Equidem, inquit,
te non possum queri, quòd mihi uideare aliud
dam, & non id, quod susceperis, disputasse:
enim aliquanto attulisti, quàm tibi erat tribu-
à nobis ac denunciatum. sed certe hæ partes fue-
tue, de illustranda oratione ut diceret: & cras
iam ingressus; atque in quatuor partes omnem
onis laudem descripseras: cumq; de duabus pri-
nobis quidem satis, sed, ut ipse dicebas, celeriter,
ieq; dixisses, duas tibi reliquas feceras, quem-
rdum primum ornate, deinde etiam apte dicere-
quòd cum ingressus esses, repente te quasi qui-
estus ingenij tui procul à terra abripuit, atque
zum à conspectu pene omnium abstraxit; om-

DE ORATORE

remq; rerum scientiam complexus, non tu quidem iam nobis tradidisti, (neque enim fuit tam exiguum temporis) sed apud hos quid profeceris, nescio; me quidem in Academiam totum compulisti: in qua uelim sit illud, quod saepe posuisti, ut non necesse sit consumere aetatem, atque ut possit is illa omnia tenere, qui tantum modo afflexerit: sed, etiam si aliquanto spissius, aut si ego sum tardior, profecto nunquam conquiescam, neque defatigabor antequam illorum ancipites uias rationesq; & pro omnibus, & contra omnia disputandi perceperit. Tunc Caesar, Vnum, inquit, me ex tuo sermone maxime Crasse commouit, quod eum negasti, qui non aliquid didicisset, unquam omnino posse perdiscere: mihi non sit difficile periclitari, & aut statim perire ista, quae tu uerbis ad caelum extulisti; aut, si non potuerim, tempus non perdere; cum tamen in nostris possim esse contentus. Hic Sulpicius, Ego uero, inquit, Crasse neque Aristotelem istum, neque Carneadem, nec philosophorum quenquam desidero, uel me licet existimes desperare posse ista perdiscere, uel, id quod facio, contemnere. mihi rerum forensium & communium uulgaris haec cognitio satis magna est ad eam, quam specto, eloquentiam: ex qua ipsa tamen perimulta nescio; quae tum denique, cum causa aliqua, quae à me dicenda est, desiderat, quaero. Quamobrem, nisi forte es iam defessus, & si tibi non graues sumus, refer ad illa te, quae ad ipsam orationis laudem splendoremq; pertinent: quae ego ex te audire uolui, non ut desperarem me eloquentiam



qui posse, sed ut aliquid addiscerem. Tum Cras-
Pernulgatas res requiris, inquit, & tibi non
nitas Sulpici. quis enim de isto genere non do-
non instituit, non etiam scriptum reliquit?
eram morem, & ea duntaxat, quæ mihi nota
breuiter exponam tibi: censebo tamen ad eos,
uectores & inuictores sunt harum sane mini-
m rerum, reuertendum. Omnis igitur oratio
citur ex uerbis. quorum primum nobis ratio sim-
r uiderda est, deinde coniuncte. Nam est qui-
ornatus orationis, qui ex singulis uerbis est;
qui ex continuatis coniunctisq; constat. Ergo
r uerbis aut ijs, quæ propria sunt, & certa
uocabula rerum, pene una nata cum rebus
aut ijs, quæ transferuntur, & quasi alieno in
ollocantur; aut ijs, quæ nouamus & facimus
in proprijs est igitur uerbis illa laus oratoris, ut
z atque obsoleta fugiat, lectis atque illustribus
, in quibus plenum quiddam & sonans inesse
ur. Sed in hoc uerborum genere priorum
us est quidam habendus, atque is aurium quo-
udicio ponderandus; in quo consuetudo etiam
loquendi ualet plurimum. Etiam hoc, quod
de oratoribus ab imperitis dici solet, Bonis is uer-
ut aliquis non bonis utitur, non arte aliqua
ditur, sed quodam quasi naturali sensu iudi-
in quo non magna laus est, uitare uitium;
quam id est magnum) uerum hoc quasi se-
moddam atque fundamentum est, uerborum
r copia bonorum. sed quid ipse ædificet ora-

D E O R A T O R E

tor, & in quo adiungat artem, id esse à nobis querendum atque explicandum uidetur. Tria sunt igitur in uerbo simplici, quæ orator afferat ad illustrandam atque exornandam orationem, aut inusitatum uerbum, aut nouatum, aut translatum. Inusitata sunt prisca fere ac uetusta, & ab usu quotidiano sermonis iandiu intermissa; quæ sunt poetarum licentia liberiora, quàm nostræ: sed tamen raro debet etiam in oratione poeticum aliquod uerbum dignitatem, neque enim illud fugerim dicere, ut Cælius. Quæ tempestate Pœnus in Italiam uenit: nec, prolem, aut sobolem, aut effari, aut nuncupari: aut ut tu soles Catule, Non rebar, aut opinabar: & multa, quibus loco positis grandior atque antiquior oratio sæpe uideri solet. Nouantur autem uerba, & ab eo, qui dicit ipso gignuntur ac fiunt; uel coniungendis uerbis, ut hæc,

Tum pavor sapientiam mihi omnem ex animo expectorat:

Num non uis huius me uersutiloquas malitias?

uidetis enim, & uersutiloquas, & expectorat, & coniunctione facta esse uerba, non nata: uel sæpe sine coniunctione uerba nouantur, ut ille sensus di-

* fertus indigenitalis, ut,

Baccarum ubertate incuruescere.

Tertius ille modus transferendi uerbi late patet; quæ necessitas genuit inopia coacta & angustijs, post autem delectatio iucunditasq; celebravit. nam ut uicinis frigoris depellendi causa reperta primo, post adhiberi cœpta est ad ornatum etiam corporis & dignitatis.



sic uerbi translatio instituta est inopia causa,
 uentata delectationis. nam, gemmare uites, lu-
 um esse in herbis, latas segetes, etiam rustici di-
 quod enim declarari uix uerbo proprio potest,
 nsolato cum est dictum, illustrat id, quod intel-
 blumus, eius rei, quam alieno uerbo posuimus,
 tudo. Ergo hæ translationes quasi mutationes
 cum, quod non habeas, aliunde sumis. illæ
 audaciores, quæ non inopiam indicant, sed
 ni splendoris aliquid accersunt. quarum ego
 uobis aut inueniendi rationem, aut genera po-
 Similitudinis est ad uerbum unum contracta
 us: quod uerbum in alieno loco tanquam in suo
 m, si agnoscitur, delectat; si simile nihil ha-
 spudiatur. Sed ea transferri oportet, quæ aut
 rem faciunt rem, ut illa omnia:

irrescit mare;

ra conduplicantur; noctisq; et nimbium occæ-
nigror;

ra inter nubes coruscat; cælum tonitru con-
mit;

omista imbri largistuo subita præcipitans cadit;
ue omnes uenti erumpunt; sæui existunt
uines;

lestu pelagus.

fere, quo essent clariora, translatis per simi-
 um uerbis dicta sunt. Aut quo significetur
 res tota, siue facti alicuius, siue consilij; ut il-
 i occultantem consulto, ne id, quod ageretur,
 si posset, duobus translatis uerbis similitudine



ipsa indicat;

Quandoquidem iste circumuestit dictis, sepiet sedulo. Nonnunquam etiam breuitas translatione conficitur: ut illud, Si telum manus fugit. Imprudentia uel emissi breuius proprijs uerbis exponi non potuit, quam est uno significata translato. Atque hoc in genere persæpe mihi admirandum uidetur, quid sit quòd omnes translatis & alienis magis delectantur uerbis, quam proprijs & suis. Nam si res suum nomen & proprium uocabulum non habet, ut per nauem, ut nexum, quod per libram agitur, ut uxore diuortium; necessitas cogit, quod non habet aliunde sumere: sed in suorum uerborum maxima copia, tamen homines aliena multo magis, si salubri ratione translata, delectant. Id accidere, credo quòd ingenij specimen est quoddam transilire ad pedes posita, & alia longe repetita sumere: uel quis, qui audit, aliò ducitur cogitatione, neque tam aberrat; quæ maxima est delectatio: uel quòd singulis uerbis res, ac totum simile conficitur: uel quæ omnis translatio, quæ quidem sumpta ratione est, sensus ipsos admouetur, maxime oculorum, quibus sensus acerrimus. nam & odor urbanitatis, & similitudo humanitatis, & murmur maris, & dulcedo orationis, sunt ducta à cæteris sensibus. Illa uero oculorum multo acriora; quæ ponunt pene in conspectu animi, quæ cernere & uidere non possumus. nihil est enim in rerum natura, cuius nos non in dijs rebus possumus uti uocabulo & nomine: unde cui simile duci potest, (potest autem ex omnibus) in



uerbum unum, quod similitudinem continet,
 bilatum, lumen affert orationi. Quo in genere
 um fugienda est dissimilitudo,
 i ingentes fornices.

amuis sphaeram in scenam, ut dicitur, attulerit
 ius, tamen in sphaera fornicis similitudo non po-
 st inesse.

Vlysses, dum licet:

lis postremum lumen radiatum rape.

dixit, cape, non pete: haberet enim moram
 ptis diutius esse sese uicturum: sed rape. hoc
 um est ad id aptatum, quod ante dixerat, dum

Deinde uidendum est, ne longe simile sit du-
 e. Syrtim patrimonij, scopulum libentius dixe-

Charybdim bonorum, uoraginem potius: faci-
 nim ad ea, quæ uisa, quàm ad illa, quæ audi-
 nt, mentis oculi feruntur. Et quoniam hæc uel-

na laus est uerbi transferendi, ut sensum feriat
 uod translatum sit; fugienda est omnis turpitu-
 rum rerum, ad quas eorum animos, qui au-

, trahet similitudo. Nolo morte dici Africani ca-

m esse remp. nolo stercus curix dici Glauciam.
 uis sit simile, tamen est in utroque deformis

icio similitudinis. Nolo esse aut maius, quàm res
 et, Tempestas comesationis; aut minus, come-

tempestatis. Nolo esse uerbum angustius id,
 eranslatum sit, quàm illud proprium ac suum.

Inam est obsecro, quòd te adiri abnuetas?
 etset, uetas, prohibes, absterres; quoniam
 xerat,



Illico istic,

Ne contagio mea bonis, umbra' ue obsit.

Atque etiam, si uereare, ne paulo durior translatio esse uideatur, mollienda est præposito sæpe uerbo: ut si olim, M. Catone mortuo, pupillum senatum quis relictum diceret; paulo durius: sin, ut ita dicam, pupillum; aliquanto mitius est. etenim uerecunda debet esse translatio; ut deducta esse in alienum locum, non irruisse, atque ut precario, non ui, uenisse uideatur. Modus autem nullus est florentior in singulis uerbis, nec qui plus luminis afferat orationi. Nam illud, quod ex hoc genere profluit, non est in uno uerbo translato, sed ex pluribus continuatis connectitur, ut aliud dicatur, aliud intelligendum sit:

-Neque me patior

Iterum ad unum scopulum, & telum classem Achium offendere.

atque illud:

Erras, erras: nam exultantem te, & præsidem tibi

Repriment ualida legum habenæ, atque imperij insistent iugo.

Sumpta re simili, uerba eius rei propria deinceps in rem aliam, ut dixi, transferuntur. Est hoc magnum ornamentum orationis, in quo obscuritas fugienda est. etenim ex hoc genere fiunt ea, que dicuntur enigmata. non est autem in uerbo modus hic, sed in oratione, id est in continuatione uerborum. Ne illa quidem traductio atque immutatio in



quo quandam fabricationem habet, sed in oratione;
 quae terribili tremet horrida terra tumultu.

Afris est sumpta Africa. neque factum uer-
 est, ut,

re, saxifragis undis; neque translatum, ut,
 titur mare; sed ornandi causa proprium proprio
 commutatum,

ne Roma tuos hostes: -

is sunt campi magni. -

uis est modus in ornatu orationis, & saepe su-
 llus: ex quo genere haec sunt, Martem belli esse
 unem, Cererem pro frugibus, Liberum ap-
 re pro uino, Neptunum pro mari, curiam pro
 u, campum pro comitijs, togam pro pace, ar-
 tela pro bello. Quo item in genere & uirtutes,
 uitia pro ipsis, in quibus illa sunt, appellantur:
 uries quam in domum irrupit; &, Quo auari-
 penetravit; aut, Fides ualuit, Iustitia. confecit.
 eis profecto genus hoc totum, cum inflexo com-
 uoq; uerbo res eadem enunciat; ornatus:
 uent finitima illa minus ornata, sed tamen non
 tanda, cum intelligi uolumus aliquid aut ex
 totum, ut, pro adificijs, cum parietes, aut
 dicimus; aut ex toto partem, ut cum unam
 am; equitatum populi R. dicimus; aut ex uno
 s,
 manus homo, tamen, etsi res bene gesta est,
 i suo trepidat: -
 um ex pluribus intelligitur unum,
 umu' Romani, qui fuimus Rutuli.



D E O R A T O R E

aut quocunque modo non ut dictum est, in eo genere intelligitur, sed ut sensum est. Abutimur saepe etiam uerbo non tam eleganter, quam in transferendo, sed etiam, si licentius, tamen interdum impudenter: ut cum grandem orationem pro magna, minutum animum pro paruo dicimus. Verum illa uidetis ne esse non uerbi, sed orationis, quae pluribus, ut exposui, translationibus connexa sunt. haec autem, quae aut immutata esse dixi, aut aliter intelligenda ac dicerentur, sunt translata quodammodo. ita fit, ut omnis singulorum uerborum uirtus atque laus tribus existat ex rebus, si aut uerbum sit, quod tamen consuetudo ferre potest; aut factum uel coniunctione, uel nouitate, quo item est auribus consuetudiniq; parcendum; aut translatum, quod maxime tanquam stellis quibusdam notat & illuminat orationem. Sequitur conuolutio uerborum, quae duas res maxime, collocacionem primum, deinde modum quendam formam desiderat. Collocacionis est componere & struere uerba sic, ut neue asper eorum concursus, neue hinc sit, sed quodam modo coagmentatus & leuis. quo lepide soceri mei persona lusit is, qui elegantissime id facere potuit, Lucilius,

Quam Lepide lexeis composta, ut tesserula, omni
Arte pauimento, atque emblemate uermiculato.
quae cum dixisset in Albutium illudens, ne a
quidem abstinuit,

Crassum habeo generum, ne rhetoricotero' tu sis.
Quid ergo iste Crassus, quoniam eius abuteris nomine



efficit? idem illud scilicet, ut ille uoluit, & ego
 m, melius aliquanto, quàm Albutius: uerum
 e quidem lusit ille, ut solet. Sed est tamen collo-
 conseruanda uerborum, de qua loquor, quæ
 am orationem efficit, quæ coherentem, quæ
 , quæ æquabiliter fluentem. id assequemini, si
 extrema cum consequentibus primis ita iunge-
 t neque aspere concurrant, neque uastius didu-
 . Hanc diligentiam subsequitur modus etiam,
 rma uerborum; quod iam uereor ne huic Ca-
 deatur esse puerile. uersus enim ueteres illi in-
 luta oratione propemodum, hoc est numeros
 am nobis esse adhibendos putauerunt: inter spi-
 is enim, non defatigationis nostræ, neque li-
 rum notis, sed uerborum, & sententiarum mo-
 rrpunctas clausulas in orationibus esse uolue-
 idq; princeps Isocrates instituisse fertur, ut in-
 m antiquorum dicendi consuetudinem dele-
 is atque aurium causa, quemadmodum scri-
 ipulus eius Naucrates, numeris astringeret.
 hac duo musici, qui erant quondam iidem
 machinati ad uoluptatem sunt, uersum at-
 tum; ut & uerborum numero, & uocum
 electatione uincerent aurium satietatem. Hac
 uo, uocis dico moderationem & uerborum
 onem, quoad orationis seueritas pati possit,
 a ad eloquentiam traducenda duxerunt. In-
 d est uel maximum, quod, uersus in oratio-
 icitur coniunctione uerborum, uicium est:
 en eam coniunctionem, sicuti uersum, nu-

D E O R A T O R E

merose cadere & quadrare & perfici uolumus. neque est ex multis res una, quae magis oratorem ab imperito dicendi ignaroq; distinguat, quam quod ille rudis incondite fundit, quantum potest, & id, quod dicit, spiritu, non arte determinat; orator autem sic illigat sententiam uerbis, ut eam numero quodam complectatur & astricto, & soluto. nam cum uinxit modis, & forma, relaxat, & libera imitatione ordinis: ut uerba neque alligata sint, quasi certa aliqua lege uersus; neque ita soluta, ut uigentur. Quoniam igitur modo tantum munus insistemus, ut arbitremur nos hanc uim numerose dicendi consequi posse? non est res tam difficilis, quam necessaria: nihil est enim tam tenerum, neque inflexibile, neque quod tam facile sequatur, quocumque ducas, quam oratio. ex hac uersus, ex eadem dispares numeri conficiuntur: ex hac haec etiam soluta uariis modis, multorumq; generum oratio. enim sunt alia sermonis, alia contentionis uerba, quae ex alio genere ad usum quotidianum, alio ad scenam pompamq; sumuntur: sed ea nos cum industria sustulimus è medio, sicut mollissimam ceram nostrum arbitrium formamus & fingimus. itaque tum graues sumus, tum subtiles, tum medium quendam tenemus: sic institutum nostram sententiam frequitur orationis genus, idq; ad omnem rationem, Curiaurium uoluptatem, & animorum motum mutatur & uertitur. sed ut in plerisque rebus increduliter hoc natura est ipsa fabricata, sic in oratione, ea, quae maximam utilitatem in se continent, et



haberent plurimum uel dignitatis, uel sæpe
in uenustatis. Incolumitatis ac salutis omnium
uicem uidemus hunc statum esse huius totius mundi
e nature, rotundum ut cœlum, terrâq; ut me-
sit, eâq; sua ui mutuq; teneatur: sol ut circun-
tur, ut accedat ad brumale signum, & inde
m ascendat in diuersam partem: ut luna accēs-
t recessu suo solis lumen accipiat: ut eadem spa-
uinq; stelle dispares motu cursuq; conficiant.
tantam habent uim, ut paulum immutata co-
re non possint; tantam pulchritudinem, ut nul-
cies ne excogitari quidem possit ornatio. Refer-
ue animum ad hominum uel etiam cæterarum
antium formam & figuram: nullam partem
ris sine aliqua necessitate affictam, totamq;
um quasi perfectam reperietis arte, non casu.
in arboribus, in quibus non truncus, non ra-
non folia sunt denique, nisi ad suam retinen-
conseruandamq; naturam? nusquam tamen est
bars, nisi uenusta. Linquamus naturam, ar-
uideamus. Quid tam in nauigio necessarium,
latera, quàm carinæ, quàm prora, quàm
s, quàm antemne, quàm uela, quàm mali,
reliqua? quæ tamen hanc habent in specie ue-
tem, ut non solum salutis, sed etiam uolupta-
sa inuenta esse uideantur. Columnæ & tem-
& porticus sustinent, tamen habent non plus
his, quàm dignitatis. Capitoliij fastigium illud,
cæterarum adium, non uenustas, sed necessitas
abricata est. nam cum esset habita ratio, quem-

D E O R A T O R E

admodum ex utraque parte tecti aqua delaberetur
 utilitatem templi, fastigij dignitas consecuta est: ut
 etiam si in caelo Capitolium statueretur, ubi in-
 ber esse non posset, nullam sine fastigio dignitate
 habiturum fuisse videatur. Hoc in omnibus ita
 partibus orationibus euenit, ut utilitatem ac pro-
 necessitatem suauitas quaedam & lepos consequatur.
 clausulas enim, atque interpuncta uerborum, et
 mae interclusio, atque angustiae spiritus attulerunt.
 id inuentum est ita suauae, ut, si cui sit infirmitas spi-
 ritus datus, tamen eum perpetuare uerba nolimus.
 id enim auribus nostris gratum est inuentum, quod
 hominum lateribus non tolerabile solum, sed etiam
 facile esse possit. Longissima est igitur complexio
 uerborum, quae uolui uno spiritu potest. sed hic
 turae modus est, artis alius. nam cum sint numeri
 plures, iambum & trochaicum frequentem seque-
 ab oratore Aristoteles Catule uester; qui natura
 men incurrunt ipsi in orationem sermonemque
 strum; sed sunt insignes percussiones eorum numeri
 rorum, & minuti pedes. Quare primum ad heroicos
 nos dactyli & anapesti & spondei pedem inui-
 in quo impune progredi licet duos duntaxat pedes
 aut paulo plus; ne plane in uersum, aut similitudi-
 nem uersuum incidamus. Aliae sunt geminae; quibus
Atticum in Lysia, non quòd tenuis sit atque ineptus, sed quòd nihil habeat insolens aut ineptum. ornate uero, & grauiter, & copiose dicere; aut Atticum sit, aut ne sit Aeschines, néue Demosthenes facis. Ecce autem aliqui se Thucydidios esse proferuntur, nouum quoddam imperitorum, & inauentum genus. Nam qui Lysiam sequuntur, cauum quendam sequuntur, non illum quidem illum atque grandem, subtilem & elegantem tantum, & qui in forensibus causis possit præclare contere. Thucydides autem res gestas & bella narrat & praelia, grauiter sane & probe, sed nihil abtransferri potest ad forensium usum & publicum. Illae conciones ita multas habent obscuras absentes sententias, uix ut intelligantur; quod est in oratione civili uitium uel maximum. Quæ est autem in hominibus tanta peruersitas, ut, inuentis causis, glande uescantur? An uictus hominum, uictis uictis beneficium, excoli potuit, oratio non? Quis porro unquam Græcorum rhetorum à Thucydide quidquam duxit? At laudatus est ab antiquis. fateor: sed ita, ut rerum explicator prouersus, grauis; non ut in iudicijs uersaretur, sed ut in historijs bella narraret. itaque Thucydides tam est numeratus orator. Nec uero, si Thucydides non scripsisset, nomen eius extaret, cum præfuerit honoratus & nobilis. Huius tamen orationis neque uerborum, neque sententiarum grauis imitatio: sed cum mutila quadam & hinc inde uenturi sunt, quæ uel sine magistro facere po-



O R A T O R .

tuerunt; germanos se putant esse Thucydidas. Natus sum etiam qui Xenophontis similem esse se diceret: cuius sermo est ille quidem melle dulcior, sed à forensi strepitu remotissimus. Referamus nos igitur ad quem uolumus inchoandum, & eadem eloquentia informandum, quam in nullo cognoscimus Antonius.

MAGNUM opus omnino & arduum Bruttium conamur; sed nihil difficile amanti puto. amo autem, & semper amaui ingenium, studia, mortuos. incendor porro quotidie magis, non desidero solum, quo quidem conficior, congressus nostrae consuetudinem uictus, doctissimos sermones requirens tuos, sed etiam admirabili fama uirtutum & credibilium; quae specie dispares, prudentia congruuntur. quid enim tam distans, quam à seueritate comitas? quis tamen unquam te aut sanctioris habitus, aut dulcior? quid tam difficile, quam plurimorum controuersis diiudicandis ab omnibus diligere? consequeris tamen, ut eos ipsos, quos constatuas, equos, placatosq; dimittas. itaque efficitur, ut, cum gratiae causa nihil facias, omnia tamen ingrata quae facis. ergo omnibus terris una Galliae communi non ardet incendio: in qua frueris ipse, cum in Italiae luce cognosceris, uersarisq; in optatum ciuium uel flore, uel robore. Iam quid illud est, quòd in maximis occupationibus nunquam intermittis studia doctrinae, semper aut ipse se aliquid, aut me uocas ad scribendum? itaque sum aggressus statim Catone absoluto: quem ipse



quam attigissem, tempora timens inimica uir-
 , nisi tibi hortanti, & illius memoriam mihi
 tam excitanti, non parere nefas esse duxissem.
 Iustificor, me à te rogatum, & recusantem hæc
 parere esse ausum. uolo enim mihi tecum commune
 crimen: ut, si sustinere tantam quæstionem non
 ero, iniusti oneris impositi tua culpa sit, mea
 tibi. in quo tamen iudicij nostri errorem laus tibi
 muneris compensabit. Sed in omni re difficilli-
 est formam, quod $\chi\alpha\rho\alpha\epsilon\upsilon\tau\eta\varsigma$ Græce dicitur, ex-
 re optimi: quòd aliud alijs uidetur optimum.
 o delector, ait quispiam: quòd non discedit à
 uni more uerborum. Pacuio, inquit alius:
 s apud hunc ornati elaboratiq; sunt uersus,
 apud alterum negligentius. Fac alium Accio:
 enim sunt iudicia, ut in Græcis; nec facilis
 ratio quæ forma maxime excellat. In picturis
 horrida, inculta, abdita, & opaca, contra
 nitida, lata, collustrata delectant. Quid est,
 præscriptum aliquod, aut formulam exprimas,
 in suo quodque genere præstet, & genera plu-
 ra? Hac ego religione non sum ab hoc conatu-
 us: existimauiq; in omnibus rebus esse aliquid
 bonum, etiam si lateret; idq; ab eo posse, qui eius
 prorsus esset, iudicari. Sed quoniam plura sunt
 eorum genera, caq; diuersa, neque in unam
 in cadunt omnia, laudationum, scriptionum,
 orationum, & aliarum suasionum, qualem Iso-
 crates Panegyricum, multiq; alij, qui sunt no-
 ti Sophistæ, reliquarumq; rerum formam, quæ



absunt ab forensi contentione, eiusq; totius generis: quod Græce ἐπιδεικτικὸν nominatur, quod, quasi ad inspiciendum, delectationis causa comparatum est: non complectar hoc tempore: non quo negligenda sit: est enim illa quasi nutrix eius oratoris, quem informare uolumus, & de quo melius aliquando exquisitius dicere. Ab hac & uerborum copia alitur, & eorum constructio, & numerus liberiori quadam fruitur licentia. Datur etiam uenia concinnitati sententiarum; & arguti, certiq; & circumscripti uerborum ambitus conceduntur: de industriaq; non ex insidijs, sed aperte ac palam elaboratur, ut uerba uerbis quasi demensa & paria respondeant, ut crebro conferantur pugnantia, comparenturq; contraria; & ut pariter extrema terminentur, eundemq; referant in cadendo sonum: quod in ueritate causarum & rarius multo facimus, & certe cautius. in Panathenaico autem Isocrates est studiose consecutum fatetur: non enim ad iudicium certamen, sed ad uoluptatem aurium scripsit. Hæc tractasse Thrasymachum Chalcedoniam primum, & Leontinum ferunt Gorgiam, Theodorum inde Byzantium, multosq; alios, quos Λογισταίον appellat in Phædro Socrates: quorum uis arguta multa, sed ut modo primumq; nascentia minuta, & uersiculorum similia quadam, nimium depicta. Quo magis sunt Herodotus, Thucydides mirabiles: quorum ætas cum in eorum tempore, quos nominavi, incidisset, longissime tamen ipsi talibus delicijs, uel potius ineptijs abfuerunt. al-

enim



sine ullis salebris quasi sedatus amnis fluit :
 et incitator fertur , & de bellicis rebus canis
 in quodam modo bellicum : primisq; ab his , ut
 Theophrastus , historia commota est , ut aude-
 riberius , quàm superiores , & ornatius dicere .
 cum ætati successit Isocrates : qui præter cate-
 goriæ generis laudatur semper à nobis , non-
 tamquam Brute leuiter & erudite repugnante te :
 credas mihi fortasse , si , quid in eo laudem , co-
 ueris . nam cum concisus ei Trasymachus minu-
 tum numeris uideretur , & Gorgias ; qui tamen pri-
 ueradiuntur arte quadam uerba iunxisse ; Thu-
 cides autem præfractior , nec satis , ut ita dicam ,
 indus ; primus instituit dilatare uerbis , & mol-
 bus numeris explere sententias . in quo cum do-
 ctores eos , qui partim in dicendo , partim in scriben-
 do principes extiterunt ; domus eius officina habita-
 uerunt . itaque ut ego , cum à nostro Catone
 reprehendi me à cæteris facile patie-
 ris sic Isocrates uidetur testimonio Platonis alio-
 quod iudicia debere contemnere . est enim , ut scis ,
 in extrema pagina Phadri his ipsis uerbis lo-
 quitur Socrates : Adolescens etiam nunc ò Phadre
 Isocrates est : sed , quid de illo augurer , lubet dicere .
 Ad tandem , inquit ille ? Maiore mihi ingenio ui-
 de esse , quàm ut cum orationibus Lysia com-
 paratur : præterea ad uirtutem maior indoles : ne
 me mirum futurum sit , si , cum ætate pro-
 grederetur , aut in hoc orationum genere , cui nunc stu-
 diat tantum , quantum pueris , reliquis præficeret om-



O R A T O R .

nibus , qui unquam orationes attigerunt ; aut , si contentus his non fuerit , diuino aliquo animi motu maiora concupiscat . inest enim natura philosophia in huius uiri mente quaedam . Hæc de adolescente Socrates auguratur . At ea de seniore scribit Plato , & scribit æqualis ; & quidem exagitator omnium rhetorum hunc miratur unum . me autem , qui Isocratem non diligunt , una cum Socrate , & cum Platone errare patiantur . Dulce igitur orationis genus , & solutum , & effluens , sententijs argutum , uerbis sonans est in illo epidiectico genere , quod diximus proprium sophistarum , pompæ quàm pugne aptius , gymnasijs & palæstræ dicatum , spretum & pulsatum foro . sed quòd educata huius nutrimentis eloquentia , ipsa se postea colorat , & roborat ; non alienum fuit , de oratoris quasi incunabulis dicere . uerum hæc ludorum atque pompæ : nos autem iam in aciem dimicationemq; ueniamus . Quoniam tria uiderenda sunt oratori , quid dicat , & quo quidque loco , & quo modo : dicendum omnino est , quid sit optimum in singulis , sed aliquanto secus , atque in tradenda arte dici solet . nulla præcepta ponemus , (neque enim id suscepimus) sed excellentis eloquentiæ speciem & formam adumbrabimus : nec , quibus rebus ea paretur , exponemus , sed qualis nobis esse uideatur . Ac duo breuiter prima : sunt enim non tam insignia ad maximam laudem , quàm necessaria , & tamen cum multis pene communia . nam & inuenire , & iudicare quid dicas , magna illa quidem sunt , & tanquam animi instar in corpore , sed pro-



et magis prudentiæ , quàm eloquentiæ : quæ ta-
 causa est uacua prudentia ? nouerit igitur
 quidem orator , quem summum esse uolumus ,
 argumentorum & rationum locos . Nam quoniam
 aliquid est , quod in controuersia aut in contentione
 agitur , in eo aut sit ne , aut quid sit , aut quale sit ,
 agitur : sit ne ? signis : quid sit ? definitionibus :
 de sit ? recti præuicq; partibus : quibus ut uti possit
 orator , non ille uulgaris , sed hic excellens , à pro-
 personis , & temporibus semper , si potest , auocat
 controuersiam . latius enim de genere , quàm de parte
 agere licet : ut , quod in uniuerso sit probatum ,
 de parte sit probari necesse . Hac igitur quæstio à
 personis & temporibus ad uniuersi generis
 rationem trahitur appellatur Thesis . in hac Aristo-
 philosophi , non ad philosophorum morem
 agendi differendi , sed ad copiam rhetorum in u-
 que partem , ut ornatiùs & uberius dici possit ,
 agitur . idemq; locos (sic enim appellat) quasi ar-
 gumentorum notas tradidit , unde omnis in utranque
 partem traheretur oratio . Facile igitur hic noster ,
 non enim declamatorem aliquem de ludo , aut tabu-
 le foro , sed doctissimum & perfectissimum quæ-
 sit) quoniam loci certi traduntur , percurret om-
 nia utetur aptis generatim , discet ex quo emanant
 qui communes appellantur loci . Nec uero ute-
 imprudenter hac copia , sed omnia expendet , &
 . non enim semper , nec in omnibus causis , ex
 in eadem argumentorum momenta sunt . Iudi-
 igitur adhibebit : nec inueniet solum quid dicat ,



sed etiam expendet. nihil enim est feracius ingenij, ijs præsertim, quæ disciplinis exculta sunt. Sed ut segetes fœcunda & uberes, non solum fruges, uerum herbas etiam effundunt inimicissimas frugibus: sic interdum ex illis locis aut leuia quaedam, aut causis aliena, aut non utilia gignuntur: quorum ab oratoris iudicio delectus magnus adhibebitur. Quoniam modo ille in bonis hærebit & habitabit suis? aut molliet dura; aut occultabit, quæ dilui non poterunt, atque omnino opprimet, si licet; aut abducat animos; aut aliud afferet, quod oppositum probabilius sit, quàm illud, quod obstabit? iam uero ea, quæ inuenerit, qua diligentia collocabit? quoniam id secundum erat de tribus. Vestibula nimirum honesta, aditusq; ad causam faciet illustres: cumq; animos prima aggressione occupauerit, infirmabit excludetq; contraria, de firmissimis alia prima ponet, alia postrema, inculcabitq; leuiora. Atque in primis duabus dicendi partibus qualis esset, summam breuiterq; descripsimus. Sed, ut ante dictum est, in his partibus, cæsi gratia atque magnæ sunt, minus & artis est & laboris. Cum autem, quid & quo loco dicat, inuenerit; illud est longe maximum, uidere quoniam modo. Scimus enim quod Carneades noster dicere solebat, Ciceronem eadem dicere, Carneadem autem eodem etiam modo dicere. Quòd si in philosophia tantum interest, quemadmodum dicas; ubi res spectatur, non uerba penduntur: quid tandem in causis existimandum est, quibus totis moderatur oratio.



quod quidem ego Brute ex tuis literis sentiebam, in te id scitari, qualem ego in inueniendo & in locando summum esse oratorem uellem: sed id tibi quærerere uidebare, quod genus ipsius orationis summum iudicaret. Rem difficilem, diu immortis, atque omnium difficillimam. Nam cum est actio mollis & tenera, & ita flexibilis, ut sequaquocunque torqueas: tum & naturæ uariæ uoluntates multum inter se distantia effecerunt genera dicendi. Flumen alijs uerborum, uoluntasq; cordi est; qui ponunt in orationis celeritate uentiam. Distincta alios, & interpuncta, inualla, moræ, respirationesq; delectant. Quid possesse tam diuersum? tamen est in utroque aliquid uellens. Elaborant alijs lenitate & æquabilitate, puro quasi quodam & candido genere dicendi. alij duritatem & seueritatem quandam uerborum orationis quasi mæstitiam sequuntur: quodq; modo ante diuisimus, ut alijs graues, alijs tenues, temperati uellent uideri, quot orationum generis diximus, totidem oratorum reperiuntur. Et uiam cœpi iam cumulatius hoc munus augere, in à te postulatum est, (tibi enim, tantum de orationis genere quærenti, respondi etiam breuiter ueniendo, & collocando) ne nunc quidem solum actionis modo dicam, sed etiam de actionis: ita præmissa pars nulla erit: quandoquidem de mea nihil est hoc loco dicendum; quæ communis utilitatem artium. Quo modo autem dicatur, in duobus, in agendo, & in eloquendo. est enim



O R A T O R.

actio quasi corporis quaedam eloquentia, cum constet è uoce atque motu. Vocis mutationes totidem sunt, quot animorum, qui maxime uoce commouentur. itaque ille perfectus, quem iandudum nostra indicat oratio, utcumque se affectum uideri, & animum audientis moueri uolet, ita certum uocis admovebit sonum: de quo plura dicerem, si hoc precipiendi tempus esset, aut si tu hoc quæreres. dicerem etiam de gestu, cum quo iunctus est uultus. quibus omnibus, dici uix potest, quantum intersit quemadmodum utatur orator. nam & infantes, actionis dignitate, eloquentiæ sæpe fructum tulerunt: & disertis, deformitate agendi, multi infantes putati sunt: ut iam non sine causa Demosthenes tribuerit & primas, & secundas, & tertias actioni. si enim eloquentia nulla sine hac, hæc autem sine eloquentia tanta est; certe plurimum in dicendo potest. Volet igitur ille, qui eloquentiæ principatum petet, & contenta uoce atrociter dicere, & summissa leniter, & inclinata uideri grauis, & inflexa miserabilis. mira est enim quaedam natura uocis, cuius quidem e tribus omnino sonis, inflexo, acuto, graui, tanta sit, & tam suavis uarietas perfecta in cantibus. Est autem in dicendo etiam quidam cantus obscurior, non hic è Phrygia, & Caria, rhetorum epilogis pene canticum, sed ille, quem significat Demosthenes, & Aeschines, cum alter alteri obijcit uocis flexiones. dicit plura etiam Demosthenes, illumque sæpe dicit uoce dulci & clara fuisse. In quo illud etiam notandum mihi uidetur ad studium perse-



uende suauitatis in uocibus . ipsa enim natu-
 , quasi modularetur hominum orationem , in
 ni uerbo posuit acutam uocem , nec una plus ,
 : à postrema syllaba citra tertiam ; quo ma-
 naturam ducem ad aurium uoluptatem sequa-
 . industria . Ac uocis quidem bonitas optan-
 est : non est enim in nobis , sed tractatio atque usus
 nobis . Ergo ille princeps uariabit , & mutabit ; om-
 sonorum tum intendens , tum remittens perseque-
 gradus : idemq; motu sic utetur , nihil ut supersit
 restu . Status erectus & celsus , rarus incessus , nec
 longus , excursio moderata eaq; rara , nulla molli-
 teruicum , nulla argutia digitorum , non ad nu-
 um articulus cadens , trunco magis toto se ipse mo-
 ens , & uirili laterum flexione , brachij proiectione
 contentionibus , contractione in remissis . Vultus
 , qui secundum uocem plurimum potest , quan-
 affert tum dignitatem , tum uenustatem ? in
 cum efficeris ne quid ineptum aut uultuosum
 tum oculorum est quædam magna moderatio .
 ut imago est animi uultus , sic indices oculi :
 tum & hilaritatis & uicissim tristitiæ modum res
 de quibus agitur , temperabunt . Sed iam illius
 est oratoris , & summæ eloquentiæ species ex-
 enda est ; quem hoc uno excellere , id est oratione ,
 in eo latere , indicat nomen ipsum . non enim
 reor , aut compositor , aut actor hæc complexus est
 ; sed & Græce ab eloquendo ῥήτωρ , & Latine
 ens dictus est . cæterarum enim rerum , quæ sunt
 reore , partem aliquam sibi quisque uendicat :



dicendi autem, id est eloquendi maxima uix soli huius conceditur. Quamquam enim & philosophi quidam ornate locuti sunt: (si quidem & Theophrastus diuinitate loquendi nomen inuenit: & Aristoteles Isocrata ipsum laceſsiuit: & Xenophontis uoce Musas quoque locutas ferunt: & longe omnium, quicumque scripserunt, aut locuti sunt, extitit & grauitate princeps Plato) tamen horum oratio neque neruos, neque aculeos oratorios ac forenses habet. loquuntur cum doctis; quorum sedare animos malunt, quam incitare. sed de rebus placatis, ac minime turbulentis dicendi causa, non capiendi loquuntur: ut in eo ipso quod delectationem aliquam dicendo aucupentur plus nonnullis, quam necesse sit, facere uideantur. Ergo ab hoc genere non difficile est hanc eloquentiam, de qua nunc agitur, scernere. mollis enim oratio philosophorum, & umbratilis; in sententijs, nec uerbis instructa popularibus, nec uincta numeris, sed soluta liberius: nihil iratum habet, nihil inuidum, nihil atrox, nihil miserabile, nihil astutum: casta, uerecunda, uirgo incorrupta quodam modo: itaque sermo potius, quam oratio dicitur. quamquam enim omnis locutio oratio: tamen unius oratoris locutio hoc proprio significatione est. Sophistarum, de quibus supra dictum magis distinguenda similitudo uidetur; qui omnes eosdem uolunt flores, quos adhibet orator in causis, persequi. sed hoc differunt, quod, cum illis his propositum non perurbare animos, sed placare potius; nec tam persuadere, quam delectare.



apertius id faciunt, quàm nos, & crebrius:
 incinnas magis sententias exquirunt, quàm pro-
 biles: à re sæpe discedunt, intexunt fabulas, uer-
 apertius transferunt, caq; ita disponunt ut picto-
 uarietatem colorum: paria paribus referunt, ad-
 rsa contrarijs, sæpissimèq; similiter extrema de-
 iunt. Huic generi historia finitima est: in qua
 narratur ornate; & regio sæpe, aut pugna de-
 abitur: interponuntur etiam conciones & hor-
 ones: sed in his tracta quedam, & fluens ex-
 itur, non hæc contorta, & acris oratio. Ab his
 multo secus, quàm à poetis, hæc eloquentia,
 m quarimus, seuocanda est. nam etiam poetæ
 estionem attulerunt, quidnam esset illud, quo
 different ab oratoribus: numero maxime uide-
 tur antea & uersu, nunc apud oratores iam ip-
 numerus increbuit. Quidquid est enim, quod
 aurium mensuram aliquam cadit, etiam si ab-
 è uersu, (nam id quidem orationis est uitium)
 uerus uocatur, qui Græce *ῥυθμὸς* dicitur. ita-
 uideo uisum esse nonnullis, Platonis & Demo-
 locutionem, etsi absit à uersu, tamen, quòd
 tatius feratur, & clarissimis uerborum lumini-
 utatur, potius poema putandum, quàm co-
 rum poetarum: apud quos, nisi quòd uersicu-
 nt, nihil est aliud quotidiani dissimile sermonis.
 tamen id est poetæ maximum: etsi est eo lauda-
 r, quòd uirtutes oratoris persequitur, cum uer-
 it astrictior: ego autem, etiam, si quorundam
 idis & ornata uox est poetarum, tamen in ea



O R A T O R.

eum licentiam statuo maiorem esse, quam in nobis
 faciendorum iungendorumque uerborum; tum etiam
 nonnullorum uoluptati uocibus magis, quam rebus
 inseruiunt. Nec uero, si quid est unum inter eos si-
 mile, (id autem est iudicium electioque uerborum)
 propterea exterarum rerum dissimilitudo intelligi
 non potest: sed id nec dubium est, et, si quid habet
 questionis, hoc tamen ipsum ad id, quod propositum
 est, non est necessarium. Schemctus igitur orator
 philosophorum eloquentia, à sophistarum, ab hypo-
 ricorum, à poetarum, explicandus est nobis quid
 futurus sit. Erit igitur eloquens (hunc enim aucto-
 re Antonio querimus) is, qui in foro causisq; emul-
 bus ita dicet, ut probet, ut delectet, ut flectat. pro-
 bare, necessarius est; delectare, suauitatis; flectere
 uictorie. nam id unum ex omnibus ad obtinendo
 causas potest plurimum. Sed quot officia oratoris
 tot sunt genera dicendi, subtile in probando, mo-
 dicum in delectando, uehemens in flectendo; in quo
 uno uis omnis oratoris est. Magni igitur iudicij
 summe etiam facultatis esse debet moderator illi.
 Et quasi temperator huius triperitæ uirtutis. nec
 Et iudicabit, quid cuique opus sit; Et poterit, quic-
 cunque modo postulabit causa, dicere. Sed est do-
 quentia, sicut reliquarum rerum, fundamenta
 sapientia. ut enim in uita, sic in oratione nihil est
 difficilius, quam, quid deceat, uidere. et per hoc
 pellant hoc Græci, nos dicimus sane decorum. et
 quo preclare et male præcipiuntur, et in
 cognitione dignissima. Nullus ignorantia non est.




vita, sed sapissime & in poematis & in oratione
 orator. Est autem, quid deceat, oratori uidendum
 in sententijs solum, sed etiam in uerbis. Non
 in omnis fortuna, non omnis honos, non omnis
 auctoritas, non omnis aetas, nec uero locus, aut
 auditor, aut auditor omnis eodem aut uerborum
 genere tractandus est, aut sententiarum: semperq;
 in omni parte orationis, ut uita, quid deceat, est
 considerandum: quod & in re, de qua agitur;
 in re, & in personis, & eorum, qui di-
 cuntur, & eorum, qui audiunt. itaque hunc lo-
 cum, longe & late patentem, philosophi solent in
 his tractare, non cum de reo ipso dispu-
 unt; nam id quidem unum est; grammatici in
 his, eloquentes in omni & genere & parte causa-
 rum. quàm enim indecorum est, de stillicidijs, cum
 unum iudicem dicas, amplissimis uerbis, &
 in uicinijs, de maiestate populi R. sum-
 ptuè & sibiliter? Hic genere toto: ac persona ali-
 qua, aut sua, aut iudicium, aut etiam aduersa-
 riam, nec re solum, sed saepe uerbo: & si sine re
 uerbi est; tamen eadem res saepe aut proba-
 tione reijcitur, alio atque alio elata uerbo. In-
 uisq; rebus uidendum est, quatenus: etsi enim
 cuique modus est; tamen magis offendit ni-
 si, quàm parum. In quo Apelles pictores quo-
 rum peccare dicebat, qui non sentirent quid esset.
 Magnus est locus hic Brute, quod te non fugit,
 magnum uolumen aliud desiderat: sed ad id,
 agitur, illud satis: cum hoc decere, quod sem-



O R A T O R .

per usurpamus in omnibus dictis & factis, minimis
 & maximis, cum hoc inquam, decere dicimus, il-
 lud non decere, & id usquequaque quantum sit, ap-
 pareat, in alióq; ponatur, aliudq; totum sit, utrum
 decere, an oportere dicas. Oportere enim, perfectio-
 nem declarat officij; quo & semper utendum est, &
 omnibus: decere, quasi aptum esse, consentaneumq;
 tempori, & personæ: quod cum in factis sæpissime,
 tum in dictis ualet, in uultu denique, & gestu, &
 incessu; contraq; item dedecere. Quod si poeta fugit
 ut maximum uitium, qui peccat etiam, cum probam
 orationem affingit improbo, stulto ue sapientis; si
 denique pictor ille uidit, cum immolanda Iphigenia
 tristis Chalcas esset, mæstior Vlysses, mæreret Me-
 nelæus, obuoluendum caput Agamemnonis esse,
 quoniam summum illum luctum penicillo non pos-
 set imitari; si denique histrio, quid deceat, querit
 quid faciendum oratori putemus? Sed cum hoc tan-
 tum sit; quid in causis, earumq; quasi membris
 faciat, orator uiderit; illud quidem perspicuum est,
 non modo partes orationis, sed etiam causas totas
 alias alia forma dicendi esse tractandas. Sequitur
 ut cuiusque generis nota queratur & formula, ma-
 gnum opus & arduum, ut sæpe iam diximus: se-
 ingredientibus considerandum fuit, quid ageremus,
 nunc quidem iam, quocunque feremur, danda ni-
 mirum uela sunt. Ac primum informandus est ill-
 nobis, quem solum quidam uocant Atticum. Sum-
 missus est & humilis, consuetudinem imitans, &
 indisertis re plus, quam opinione differens, itaq;




, qui audiunt , quamuis ipsi infantes sint , ta-
illo modo confidunt se posse dicere . nam oratio-
subtilitas imitabilis illa quidem uidetur esse exi-
nenti , sed nihil est experienti minus . Etsi enim
plurimi sanguinis est , habeat tamen succum a-
im oportet ; ut , etiam si illis maximis uiribus ca-
sit , ut ita dicam , integra ualitudine . Pri-
igitur eum tanquam è uinculis numerorum
annus . sunt enim quidam , ut scis , oratorij nu-
de quibus mox agemus , obseruandi ratione
tam , sed alio in genere orationis , in hoc omnino
quendi : solutum quiddam sit , nec uagum ta-
ut ingredi libere , non ut licenter uideatur er-
Verba etiam uerbis quasi coagmentare negli-
habet enim ille tanquam hiatus concursu uoca-
molle quiddam , & quod indicet non ingrati-
tentiam de re hominis magis quàm de uerbis la-
tis . Sed erit uidendum de reliquis , cum hæc duo
riora fuerint , circuitus , conglutinatioq; uerbo-
Illa enim ipsa contracta & minuta non negli-
tractanda sunt , sed quædam etiam negligen-
diligens . nam ut mulieres esse dicuntur non-
inornata , quas id ipsum deceat : sic hæc subtilis
etiam incompta delectat . Fit enim quiddam in-
ue , quo sit uenustius , sed non ut appareat . Tum
rebitur omnis insignis ornatus , quasi margari-
s . ne calamistri quidem adhibebuntur . Fucati
medicamenta candoris & ruboris omnia repel-
elegantia modo & mundicia remanebit . Ser-
urus erit & Latinus : dilucide planèq; dicetur :



O R A T O R .

quid deceat, circumspicietur. Vnum aderit, quod quartum numerat Theophrastus in orationis laudibus; ornatum illud suauē, & affluens: acutæ crebræq; sententiæ ponentur, & nescio unde ex abdito eruta: atque in hoc oratore dominabitur. Verecundus erit usus oratoriæ quasi suppellectilis. supellex est enim quodam modo nostra, quæ est in ornamentis, alia rerum, alia uerborum. Ornatus autem uerborum duplex, unus simplicium, alter collocatorum. Simplex probatur in propriis usitatisq; uerbis, quod aut optime sonat, aut rem maxime explanat. In alienis, aut translatum, aut factum aliunde, ut nuntio; aut factum ab ipso, ut nouum; aut priscum, & inusitatum. Sed etiam inusitata ac prisca sunt in propriis, nisi quod rarouitimus. Collocata autem uerba habent ornatum, si aliqui concinnitatis efficiunt, quod uerbis mutatis non maneat manente sententia. Nam sententiarum ornamenta, quæ permanent etiam si uerba mutaueris, sunt illa quidem permulta, sed, quæ emineant pauciora. Ergo ille tenuis orator, modo sit elegans, nec in faciendis uerbis erit audax, & in transferendis uerecundus, & parcus in priscis, reliquiq; ornamentis & uerborum, & sententiarum demissior; translatione fortasse crebrior, qua frequentissime sermo omnis uitur non modo urbanorum, sed etiam rusticorum: siquidem est eorum gemmare nitentes, sitire agros, letas esse segetes, luxuriosa frumenta. nihil horum parum audacter: sed aut simile est illi, unde transferas; aut, si res suum



habet nomen, docendi causa sumptum, non
adi uidetur. Hoc ornamento liberius paulo,
in ceteris, utetur hic summissus; nec tam li-
ber tamen, quam si genere dicendi uteretur am-
plius. itaque illud indecorum, quod quale sit,
toto debet intelligi, hic quoque apparet, cum
aliquid aliud transfertur, idque in oratione
aliunde ponitur, quod idem in alta deceret. Illam
concinnitatem, quæ uerborum collocationem
ornat is luminibus, quæ Græci quasi aliquos ge-
nerationis $\sigma\chi\eta\mu\alpha\tau\alpha$ appellant, quod idem uer-
bis his etiam in sententiarum ornamenta trans-
fertur, adhibet quidem hic subtilis, quem, nisi
solum, cetero quin recte quidam uocant At-
tilium; sed paulo parcus. Nam si, ut in epula-
rum apparatu, à magnificentia recedens, non se-
cundum solum, sed etiam elegantem uideri uolet;
quibus utatur. sunt enim pleraque apta hu-
ius oratoris, de quo loquor, parsimonie. Nam
quibus ante dixi, huic acuto fugienda sunt,
paribus relata, & similiter conclusa, eodemque
cadentia, & immutatione litera quasi qua-
musitates; ne elaborata concinnitas, & quod-
dam uicium delectationis manifesto deprehen-
datur. Itemque si quæ uerborum iterationes
sonum aliquam, & clamorem requirent,
liber hac summissione orationis aliena, ceteris
uicium poterit uti, continuatione uerborum,
relaxet, & diuidat, utaturque uerbis quamusi-
simis, translationibus quammolliissimis: etiam



O R A T O R.

illa sententiarum lumina assumat, quæ non videntur uehementer illustrata. Non faciet remp. loquentem; nec ab inferis mortuos excitabit; nec acerrimam multa frequentans, una complexione deuinciet. Valentiorum hæc laterum sunt, nec ab hoc quem informamus, aut expectanda, aut postulanda: erit enim ut uoce, sic etiam oratione suppressior. sed pleraque ex illis conuenient etiam huius tenuitati: quanquam iisdem ornamentis utentur horridius: talem enim inducimus. Accedit actio non tragica, nec scæna, sed modica iactatione corporis, uultu tamen multa conficiens, non hoc quo dicuntur os ducere, sed illo, quo significant ingenue quæ sensu quidque pronuncient. Huic generi orationis aspergentur etiam sales; qui in dicendo nihil quantum ualent: quorum duo genera sunt, unum facietiarum, alterum dicacitatis. utetur utroque, sed altero in narrando aliquid uenuste, altero in uti- ciendo mittendoq; ridiculo: cuius genera plura sunt: sed nunc aliud agimus. Illud admonemus tamen, ridiculo sic usurum oratorem, ut nec nimis frequenti, ne scurrile sit; nec subobsceno, ne mimicum; nec petulanti, ne improbum; nec in admittatemi; ne inhumanum; nec in facinus, ne odij cum risus occupet; neque aut sua persona, aut in dicum, aut tempore alienum. hæc enim ad ista indecorum referuntur. Vitabit etiam quasita, et ex tempore ficta, sed domo allata, quæ plerumque sunt frigida. parcat & amicitijs, & dignitatibus uitabit insanabiles contumelias: tantummodo uersarios



rsarios figet, nec eos tamen semper, nec omnes,
 ce omni modo: quibus exceptis, sic utetur sale &
 ceteris, ut ego existis nouis Atticis talem cognoue-
 m neminem, cum id certe sit uel maxime At-
 cum. hanc ego iudico formam summissi oratoris,
 l magni tamen & germani Attici: quoniam,
 idquid est falsum, aut salubre in oratione, id
 oprium Atticorum est. è quibus tamen non om-
 s faceti, Lysias satis, & Hyperides, Demades
 ater ceteros fertur, Demosthenes minus habetur:
 o quidem mihi nihil uidetur urbanius. sed non
 m dicax fuit, quàm facetus. Est autem illud
 rioris ingenij, hoc maioris artis. Vberius est aliud
 quantoq; robustius, quàm hoc humile, de quo di-
 um est; summissius autem, quàm illud, de quo
 n dicitur, amplissimum. Hoc in genere neruo-
 m uel minimum, suauitatis autem est uel plu-
 mum. est enim plenius, quàm hoc enucleatum;
 àm autem illud ornatum, copiosumq; summis-
 s. Huic omnia dicendi ornamenta conueniunt,
 rimumq; est in hac orationis forma suauitatis.
 qua multi floruerunt apud Græcos: sed Phale-
 us Demetrius meo iudicio præstitit cæteris: cuius
 ctio cum sedate placideq; loquitur, tum illu-
 ant eam, quasi stellæ quædam, translata uerba,
 ue immutata. Translata ea dico, ut sæpe iam,
 e per similitudinem ab alia re aut suauitatis,
 inopia causa transferuntur. Mutata, in qui-
 pro uerbo proprio subiicitur aliud, quod idem
 pificet, sumptum ex re aliqua consequenti. Quod



O R A T O R .

quanquam transferendo fit, tamen alio modo tran-
 stulit, cum dixit Ennius arcem & urbem orbantem,
 alio modo, si pro patria arcem dixisset: & horridam
 Africam terribili tremere tumultu cum dicit, pro
 Afris immutat Africam. Hanc Hypallagen rhetores
 quia quasi sumuntur uerba pro uerbis; Metonymi-
 am grammatici uocant, quòd nomina transferuntur.
 Aristoteles autem translationi hæc ipsa subiungit,
 & abusionem, quam κατ'εχρησιν uocant, ut cum
 minutum dicimus animum pro paruo, & abutimur
 uerbis propinquis, si opus est, uel quòd delectat,
 uel quòd licet. Iam cum fluxerunt plures continua
 translationes, alia plane fit oratio. itaque genus hoc
 Græci appellant ἀλληγορίαν, nomine recte, genere
 melius ille, qui ista omnia translationes uocat.
 hæc frequentat Phalereus maxima suntq; dulcissima:
 & quanquam translatio est apud eum multa,
 tamen immutationes nusquam crebriores. In idem
 genus orationis (loquor enim de illa modica, ac
 temperata). uerborum cadunt luminaria omnia,
 multa etiam sententiarum: late eruditionis
 disputationes ab eodem explicantur, & loci commu-
 nes sine contentione dicuntur. quid multa? è phi-
 losophorum scholis tales fere euadunt: & nisi coram
 erit comparatus ille fortior, per se hic, quem
 dico, probabitur. est enim quoddam & insigne,
 & florens orationis, pictum, & expositum genus,
 quo omnes uerborum, omnes sententiarum illigan-
 tur lepores. hoc totum è sophistarum fontibus de-
 fluxit in forum; sed spreum à subtilibus, repul-



à grauibus, in ea, de qua loquor, mediocritate
 insedit. Tertius est, ille amplus, copiosus, gra-
 uis, ornatus, in quo profecto uis maxima est. Hic
 nimis cuius ornatum dicendi, & copiam admira-
 rentes, eloquentiam in ciuitatibus plurimum. uis-
 se passæ sunt, sed hanc eloquentiam, quæ cursu
 etno sonituq; ferretur, quam sufficerent omnes,
 non admirarentur, quam se assequi posse diffide-
 rent. Huius eloquentiæ est tractare animos, huius-
 modi modo permouere. hæc modo perfringit, modo
 perit in sensus: inserit nouas opiniones, euellit in-
 uentæ. Sed multum interest inter hoc dicendi genus,
 superiora. Qui in illo subtili & acuto elabora-
 uit, ut callide arguteq; diceret, nec quidquam altius
 uerteret; hoc uno profecto magnus orator est, si non
 nimis; minimeq; in lubrico uersabitur, & si
 non constiterit, nunquam cadet. Medius ille au-
 tem quem modicum & temperatum uoco, si modo
 in illud satis instruxerit; non extimescit inci-
 denti incertosq; casus: etiam si quando mi-
 ser succedet, ut sæpe fit, magnum tamen pericu-
 lum non adibit: alte enim cadere non potest. At
 hic noster, quem principem ponimus, grauis,
 ardens, si ad hoc unum est natus, aut in hoc
 se exercuit, aut huic generi studet uni, nec
 copiam cum illis duobus generibus temperauit,
 non est contemnendus. ille enim summissus,
 acute & ueteratoriae dicit, sapiens iam, me-
 suauis; hic autem copiosissimus, si nihil est
 , uix satis sanus uideri solet. Qui enim nihil



O R A T O R.

potest tranquille, nihil leniter, nihil parcite, distincte, distincte, facere dicere, praesertim cum causa partim tota sint eo modo, partim aliqua ex parte tractanda: si is non praeparatis auribus inflammare rem coepit, furere apud sanos, & quasi inter sobrios bacchari uinolentus uidetur. Tenemus igitur Brute, quem quaerimus, sed animo. nam manu si prehendiſsem, ne ipse quidem sua tanta eloquentia mihi persuasiſset ut se dimitterem. sed inuentus profecto est ille eloquens, quem nunquam uidit Antonius. Quis est igitur is? Complectar breui, disseram pluribus. is enim est eloquens, qui & humilia subtiliter, & magna grauiſſe, & mediocria temperate potest dicere. Nemo is, inquires, unquam fuit. Ne fuerit: ego enim, quid desiderem, non quid uiderim, disputo: redeoq; ad illam Platonis, de qua dixeram, rei formam, & speciem: quam cisi non cernimus, tamen animo tenere possumus. Non enim eloquentem quaero, neque quidquam mortale & caducum, sed illud ipsum, cuius qui sit compos, si eloquens: quod nihil est. aliud nisi eloquentia ipsa quam nullis nisi mentis oculis uidere possumus. Igitur igitur eloquens, (ut idem illud iteremus) qui poterit parua summiſſe, modica temperate, magna grauiſſe dicere. Tota mihi causa pro Caecina de uerbis interdicti fuit: res inuolutas definiendo explicauimus: ius ciuile laudauimus: uerba ambigua distinximus. Fuit ornandus in Manilia lege Pompeius: temperata oratione ornandi copiam persequi sumus. Ius omne retinenda maiestatis Rabirij cau-

continebatur: ergo in omni genere amplificatio-
 nexarimus. At hac interdum temperanda &
 ianda sunt. Quod igitur in accusationis septem
 is non reperitur genus? quod in Habiti? quod
 Cornelij? quod in plurimis nostris defensionibus?
 exempla selegissem, nisi uel nota esse arbitra-
 uel posse eligere qui quærerent. nulla est enim
 in genere laus oratoris, cuius in nostris oratio-
 nis non sit aliqua, si non perfectio, ac conatus ta-
 atque adumbratio. non assequimur: ac, quid
 e, uidemus. nec enim nunc de nobis, sed de re
 us: in quo tantum abest ut nostra miremur,
 que eò difficiles ac morosi simus, ut nobis non
 aciat ipse Demosthenes: qui quanquam unus
 et inter omnes in omni genere dicendi, tamen
 semper implet aures meas: ita sunt auidæ &
 es, & semper aliquid immensum infinitumq;
 rant. Sed tamen, quoniam & hunc tu ora-
 cum eius studiosissimo Pammene, cum esses
 us, totum diligentissime cognouisti; neque
 mittis è manibus; & tamen nostra etiam le-
 : uides profecto illum nulla perficere, nos
 conari; illum posse, nos uelle, quocumque
 causa postulet, dicere. Sed ille magnus: nam
 cessit ipse magnis, & maximos oratores ha-
 equales. nos nimis magnum fecissemus, si
 n potuissemus, quò contendimus, peruenire, in
 e, in qua, ut ait Antonius, auditus eloquens
 eret. Atqui; si Antonio Crassus eloquens uisus
 , aut sibi ipse; nunquam Cotta uisus esset,



nunquam Sulpicius, nunquam Hortensius. nihil
 nim ample Cotta, nihil leniter Sulpicius, non multa
 grauius Hortensius. superiores magis ad omne ge-
 nus apti: Crassum dico, & Antonium. Ieiunasigi-
 tur huius multiplicis, & equabiliter in omnia ge-
 nera fusæ orationis aureis ciuitatis accepimus: easq;
 nos primi, quicumque eramus, & quantalucen-
 que dicebamus, ad huius generis audiendi incredi-
 bilia studia conuertimus. Quantis illa clamoribus
 adolescentuli diximus de supplicio parricidarum:
 quæ nequaquam satis deferbuisse post aliquando sen-
 tire cœpimus. Quid enim tam commune, quam
 spiritus uiuis, terra mortuis, mare fluctuantibus
 litus eiectus? Ita uiuunt, dum possunt, ut ducere
 animam de cœlo non queant: ita moriuntur, ut
 eorum ossa terra non tangat: ita iactantur flucti-
 bus, ut nunquam alluantur: ita postremo eiciun-
 tur, ut ne ad saxa quidem mortui conquiescant
 & quæ sequuntur. Sunt enim omnia, sicut ado-
 lescentis non tam re & maturitate, quam spe &
 expectatione laudati. Ab hac indole iam illa man-
 ra. Vxor generi, nouerca filij, filia pellex. Nec
 uero hic unus erat ardor in nobis, ut hoc modo om-
 nia diceremus: ipsa enim illa pro Roscio iuuenilis re-
 dundantia multa habet attenuata, quædam etiam
 paulo hilariora. At pro Habito, pro Cornelio, com-
 pluresq; aliæ, (nemo enim orator tam multa, ne in
 Græco quidem orio, scripsit, quàm multa sunt no-
 stra) eaq; hanc ipsam habent, quam probo, uarie-
 tatem. An ego Homero, Ennio, reliquis poetis, &

kime trágicis concederem, ut ne omnibus locis,
 em contentione uterentur, crebroq; mutarent,
 nunquam etiam ad quotidianum genus sermo-
 necderent: ipse nunquam ab illa acerrima con-
 one discederem? Sed quid poetas diuino ingenio:
 ero? Histriones eos uidimus, quibus nihil posset.
 ro genere esse praestantius; qui non solum in dis-
 llimis personis satisfaciebant, cum tamen in suis.
 erentur, sed & comædum in tragædijs, &
 redum in comædijs admodum placere uidimus:
 pon elaborem? cum dico me, te Brute dico: nam
 e quidem iampridem effectum est, quod futu-
 fuit. tu aut eodem modo omnes causas ages?
 liquod causarum genus repudiabis? aut in ijs-
 causis perpetuum, & eundem spiritum sine
 commutatione obtinebis? Demosthenes quidem,
 nuper inter imagines tuas, ac tuorum, (quòd
 credo amares) cum ad te in Tusculanum ue-
 ni, imaginem ex ære uidi, nihil Lysiae subtili-
 edit, nihil argutijs & acumine Hyperidi, ni-
 uitate Aeschini, & splendore uerborum. Mul-
 te eius totæ orationes subtiles, ut contra Le-
 uis: multæ totæ graues, ut quædam Philippi-
 ultæ uaria, ut contra Aeschinem: falsæ le-
 is, ut contra eundem pro causa Ctesiphontis.
 illud medium, quoties uult, arripit, & à gra-
 o discedens, eò potissimum delabitur. clamo-
 ren cum mouet, & cum in dicendo plurimum.
 cum grauitatis locis utitur. sed ab hoc pa-
 r. abeamus; (quandoquidem de genere, non



O R A T O R .

de homine quærimus) rei potius , id est eloquentiam
 vim & naturam explicemus . Illud tamen , quod
 iam ante diximus , meminerimus , nihil nos præ-
 cipiendi causa esse dicturos , atque ita potius actur-
 ros , ut exhortatores videamur loqui , non magistris
 in quo tamen longius progredimur ; quòd videmus
 non te hæc solum esse lecturum , qui ea multo , quam
 nos , qui quasi docere videamur , habeas notiora ; sed
 hunc librum , etiam si minus nostra commendatione ,
 tuo tamen nomine divulgari necesse est . Esse igitur
 perfecte eloquentis puto , non eam solum facultatem
 habere , quæ sit eius propria , fuse lucèq; dicendi , sed
 etiam vicinam eius , atque finitimam , dialecticorum
 scientiam assumere . quanquam aliud videtur or-
 tio esse , aliud disputatio ; nec idem loqui esse , quàm
 dicere : attamen utrunque in differendo est . dispu-
 tandi ratio & eloquendi , dialecticorum sit ; orato-
 rum autem , dicendi & ornandi . Zeno quidem il-
 le , à quo disciplina Stoicorum est , manu demonstra-
 re solebat quid inter has artes interesset . nam cum
 compresserat digitos , pugnumq; fecerat , dialecti-
 cam aiebat eiusmodi esse : cum autem diduxerat
 & manum dilatauerat , palme illius similem elo-
 quentiam esse dicebat . Atque etiam ante hunc Ari-
 stoteles principio artis rhetoricæ dicit , illam artem
 quasi ex altera parte respondere dialecticæ : ut hæc
 videlicet differant inter se , quòd hæc ratio dicendi
 latior sit , illa loquendi contractior . Volo igitur hæc
 summo omnem , quæ ad dicendum trahi posset , lo-
 quendi rationem esse notam ; quæ quidem res , quæ

his artibus eruditum minime fallit, duplicem hanc
docendi uiam . nam & ipse Aristoteles tradidit
recepta plurima differendi : & postea, qui dialecti-
cuntur, spinosiora multa pepererunt . Ergo eum
eum, qui eloquentiæ laude ducatur, non esse ea-
rum rerum omnino rudem : sed uel illa antiqua,
hanc Chrysippi disciplina institutus, nouerit pri-
mum uim, naturam, genera uerborum, & simi-
lium, & copulorum, deinde quot modis quid-
libet dicatur : qua ratione, uerum, falsum ne sit, iudi-
cetur : quid efficiatur è quoque : quid cui consequens
quidq; contrarium : cumq; ambigue multa di-
cuntur, quo modo quidque eorum diuidi explana-
re oporteat . Hæc tenenda sunt oratori : sæpe enim
errant . sed quia sua sponte squalidiora sunt,
mendus erit in his explicandis quidam orationis
modus . Et quoniam in omnibus, quæ ratione docen-
tur uia, primum constituendum est quid quid-
sit ; (nisi enim inter eos, qui disceptant, conue-
nit quid sit illud, de quo ambigitur ; nec recte disse-
cutur nec unquam ad exitum perueniri potest) expli-
cata est sæpe uerbis mens nostra de quaque re, at-
que inuolutæ rei notitia definiendo aperienda est :
idem definitio est oratio, quæ, quid sit id de quo
dicatur, ostendit quam breuissime . Tum, ut scis, ex
eodem genere cuiusque rei, uidendum est quæ sint
generis siue formæ, siue partes ; ut in eas tri-
buatur omnis oratio . Erit igitur hæc facultas in eo,
si uolumus esse eloquentem, ut definire rem
dicat, neque id faciat tam presse & anguste, quam



O R A T O R .

in illis eruditissimis disputationibus fieri solet, sed cum:
 explanatus, tum etiam uberius, & ad commune iu-
 dicio popularemq; intelligentiam accommodatus.
 Idemq; etiam, cum res postulabit, genus uniuersum
 in species certas, ut nulla neque prætermittatur, ne-
 que redundet, partietur ac diuidet. quando autem,
 aut quo modo id faciat, nihil ad hoc tempus; quoniam,
 ut supra dixi, iudicem me esse, non doctorem uolo.
 Nec uero dialecticis modo sit instructus, sed habeat
 omnes philosophiæ notos & tractatos locos. nihil
 enim de religione, nihil de morte, nihil de pietate, ni-
 hil de charitate patriæ, nihil de bonis rebus aut ma-
 lis, nihil de uirtutibus, aut uitijs, nihil de officio,
 nihil de dolore, nihil de uoluptate, nihil de pertur-
 bationibus animi & erroribus, quæ sæpe cadunt in
 causas, sed ieiunius aguntur; nihil, inquam, sine
 ea scientia, quam dixi, grauius, ample, copiose
 dici & explicari potest. De materia loquor oratio-
 nis etiam nunc, non ipso de genere dicendi: uolo
 enim prius habeat orator rem, de qua dicat, dignam
 auribus eruditis, quàm cogitet quibus uerbis quid-
 que dicat, aut quo modo. Quem etiam, quo gran-
 dior sit, & quodam modo excelsior, ut de Pericle
 dixi supra, ne physicorum quidem esse ignarum uolo.
 omnia profecto, cum se à cœlestibus rebus referet ad
 humanas, excelsius magnificentiusq; & dicet & sen-
 tiet. cumq; illa diuina cognouerit, nolo ignoret ne-
 hæc quidem humana. Ius ciuile tenet; quo egerit
 causæ forenses quotidie. quid est enim turpius
 quàm legitimarum & ciuiliū conuersionum.



atrocinia suscipere, cum sis legum & ciuiliſ iuris
 uarus? Cognoscat etiam rerum gestarum, &
 memoria ueteris ordinem, maxime scilicet nostræ
 uitatis, sed & imperiosorum populorum, & re-
 rum illustrium: quem laborem nobis Attici nostri
 lauit labor; qui, conseruatis, notatisq; temporibus,
 nil cum illustre pratermitteret, annorum septin-
 gintorum memoriam uno libro colligauit. nescire
 rem, quid antea, quàm natus sis, acciderit, id
 semper esse puerum. Quid enim est atas hominis,
 cum memoria rerum ueterum cum superiorum
 re contextitur? Commemoratio autem antiquita-
 exemplorumq; prolatio summa cum delectatio-
 & auctoritatem orationi affert, & fidem. Sic
 ut instructus ueniret ad causas: quarum habebit
 pra prima ipsa cognita. Erit enim ei perspe-
 ctum, nihil ambigi posse, in quo non aut res contro-
 uersiam faciat, aut uerba. Res, aut de uero, aut
 recto, aut de nomine. Verba, aut de ambiguo,
 aut de contrario. Nam si quando aliud in sententia
 ueretur esse, aliud in uerbis; genus est quoddam
 ambigui, quod ex praterito uerbo fieri solet; in
 quo, quod est ambiguum proprium, res duas si-
 gnificari uidemus. Cum tam pauca sint genera cau-
 sarum, etiam argumentorum praecepta pauca sunt;
 sed multi sunt, è quibus ea ducantur, duplices loci:
 è rebus ipsi, alteri assumpti. Tractatio igitur
 haec efficit admirabiliorem orationem. nam ipse
 res in perfacili cognitione uersantur. quid
 iam sequitur, quod quidem artis sit, nisi or-



O R A T O R .

diri orationem, in quo aut concilietur auditor, aut
 erigatur, aut pareat se ad discendum? rem breuiter
 exponere, & probabiliter, & aperte, ut, quid aga-
 tur, intelligi possit: sua confirmare, aduersaria euer-
 tere: eaq; efficere non perturbate, sed singulis argu-
 mentationibus ita concludendis, ut efficiatur quod
 sit consequens ijs, quæ sumentur ad quancunque rem
 confirmandam? post omnia per orationem inflam-
 mantem, restinguentem uel concludere? Has par-
 teis quemadmodum tractet singulas, difficile dictis
 est hoc loco: nec enim semper tractantur uno modo.
 Quoniam autem nõ, quem doceam, quæro, sed quem
 probem: probabo primum eum, qui, quid deceat, ui-
 debit. hæc enim sapientia maxime adhibenda elo-
 quenti est, ut sit temporum personarumq; modera-
 tor. nam nec semper, nec apud omnes, nec contra
 omnes, nec pro omnibus, nec omnibus eodem modo
 dicendum arbitror. Is erit ergo eloquens, qui ad id
 quodcunque decebit, poterit accommodare oratio-
 nem. Quod cum statuerit, tum, ut quidque eri-
 dicendum, ita dicet, nec satura ieiune, nec grandi-
 minute, nec item contra; sed erit rebus ipsis par, &
 æqualis oratio. Principia uerecunda, non elatis in-
 tensa uerbis, sed acuta sententijs, uel ad offensio-
 nem aduersarij, uel ad commendationem sui. Nar-
 rationes credibiles, nec historico, sed prope quotidiana
 sermone explicata dilucide. Dein si tenues cause
 tum etiam argumentandi tenue filum & in docen-
 do, & in refellendo: idq; ita tenebitur, ut, quanc-
 ad rem, tanta ad orationem fiat accessio. Cum uel



causa ea inciderit, in qua uis eloquentiae possit
 promi; tum se laetius fundet orator; tum reget, &
 det animos, & sic afficiet ut uolet, id est ut cau-
 natura & ratio temporis postulabit. Sed erit du-
 : omnis eius ornatus ille admirabilis, propter
 m ascendit in tantum honorem eloquentia. Nam
 n omnis pars orationis esse debet laudabilis, sicut
 bum nullum, nisi aut graue, aut elegans, ex-
 te: tum sunt maxime luminosae, & quasi actuo-
 ares duae: quarum alteram in uniuersi generis
 stione pono, quam, ut supra dixi, Graeci ap-
 ant Δέσιον: alteram in augendis amplificandisq;
 as, quae ab eisdem αὐξήσις est nominata: quae
 aequabiliter toto corpore orationis fusa esse debet,
 en in communibus locis maxime excellet: quae
 munes appellati, quod uidentur multarum iudem
 i causarum, sed proprii singularum esse debe-
 e. Ac uero illa pars orationis, quae est de genere
 perso, totas causas saepe continet. Quidquid est
 r illud, in quo quasi certamen est controuersiae,
 d Graece κρινωμενον dicitur, id ita dici placet,
 raducatur ad perpetuam quaestionem, atque de
 tereso genere dicatur, nisi cum de uero ambige-
 i quod quari coniectura solet. Dicetur autem
 Peripateticorum more, (est enim illorum exer-
 o elegans iam inde ab Aristotele constituta) sed
 anto neruosius: & ita de re communia dicen-
 ue & pro rebus multa leniter dicantur, & in
 sarios asserere. Augendis uero rebus, & con-
 bienciendis nihil est quod non perficere possit ora-



tio: quod & inter media argumenta faciendum est, &
 quotiescunque dabitur uel amplificandi, uel mi-
 nuendi locus, & pene infinite in perorando. Duo
 sunt, quae bene tractata ab oratore, admirabilem
 eloquentiam faciant. Quorum alterum est, quod
 Graeci ἠθικὸν uocant, ad naturas, & ad mores,
 & ad omnem uitae consuetudinem accommodatum
 alterum, quod idem παθητικὸν nominant, quos
 perturbantur animi & concitantur, in quo uno re-
 gnat oratio. illud superius, comae, iucundum, ad
 beneuolentiam conciliandam paratum: hoc, uehe-
 mens, incensum, incitatum, quo causa eripiuntur:
 quod cum rapide fertur, sustineri nullo pa-
 cto potest. Quo genere nos, mediocres, aut multo
 etiam minus: sed magno semper usi impetum
 saepe aduersarios de statu omni deiecimus. Nobis
 pro familiari reo summus orator non respondit
 Hortensius. A nobis homo audacissimus Catili-
 na in senatu accusatus obmutuit. Nobis priuata
 in causa magna & graui, cum cepisset Curi-
 o pater respondere, subito assedit, cum sibi ue-
 nenis ereptam memoriam diceret. Quid ego de
 miserationibus loquar? quibus eo sum usus pluribus,
 quod, etiam si plures dicebamur, perorationem mihi
 tamen omnes relinquebant. in quo ut uiderer ex-
 cellere, non ingenio, sed dolore assequebar. quae
 qualiacunque in me sunt, (me enim ipsum non pae-
 nitet quanta sine) sed apparent in orationibus: et
 carent libri spiritu illo, propter quem maiora eadem
 illa, cum aguntur, quam cum leguntur, uideri se-



. Nec uero miseratione solum mens iudicum per-
 uenda est, (qua nos ita dolenter uti solemus, ue-
 rum infantem in manibus perorantes tenueri-
 , ut alia in causa, excitato reo nobili, sublato
 in filio paruo, plangore & lamentatione com-
 muis forum) sed etiam est faciendum, ut ira-
 r iudex, mitigetur, inuideat, faueat, con-
 rat, admiretur, oderit, diligat, cupiat, sa-
 e afficiatur, speret, metuat, letetur, doleat:
 in uarietate, duriorum accusatio suppedabit
 pla; mitiorum, defensiones mea. Nullo enim
 o animus audientis aut incitari, aut leniri po-
 qui modus à me non tentatus sit: dicerem:
 Etum, si ita iudicarem, nec in ueritate crimen
 rantia extimescerem. Sed, ut supra dixi, nul-
 ingenij, sed magna uis animi inflamat, ue-
 se non teneam: nec unquam is, qui audiret,
 deretur, nisi ardens ad eum perueniret oratio.
 r exemplis domesticis, nisi ea legisses: uterer
 i, uel Latinis, si ulla reperirem; uel Græcis,
 eret. sed Crassi per pauca sunt, nec ea iudicio-
 nihil Antonij, nihil Cottæ, nihil Sulpicij: di-
 melius quàm scripsit Hortensius. Verum hæc
 uam querimus, quanta sit sufficentur, quo-
 exemplum non habemus: aut si exempla se-
 rr, à Demosthene sumamus, & quidem per-
 dictionis ex eo loco, unde in Ctesiphontis iudi-
 suis factis, consilijs, meritis in reip. aggress-
 e dicere. Ea profecto oratio in eam formam,
 & insita in mentibus nostris, includi sic potest,



ut maior eloquentia non requiratur . Sed iam forma ipsa restat, & χαρᾶκτηρῆς ille qui dicitur : qui qualem esse debeat, ex ipsis, quæ supra dicta sunt, intelligi potest . Nam & singulorum uerborum, & collocatorum lumina attigimus : quibus sic abundabit, uerbum ex ore nullum nisi aut elegans, aut graue exeat : ex omniq; genere frequentissima translationes erunt; quòd eæ propter similitudinem transferunt animos, & referunt ac mouent huc, & illuc qui motus cogitationis celeriter agitatus per se ipse delectat . Et reliqua ex collocatione uerborum, quæ sumuntur quasi lumina, magnum afferunt ornatum orationi . Sunt enim similia illis, quæ in amœnitate scenæ aut fori appellantur insignia : quæ quòd sola ornent, sed quòd excellent . Eadem ratio est horum, quæ sunt orationis lumina, & quodammodo insignia : cum aut duplicantur, iterantur uerba, aut breuiter commutata ponuntur, aut eodem uerbo ducitur sæpius oratio, aut in idem conuertitur, aut in utrunque, aut adiungitur idem in uerbum, aut idem ad extremum refertur, aut continenter unum uerbum non in eadem sententia peruenitur : aut cum similiter uel cadunt uerba, uel desinunt : aut multis modis contrarijs relata contrarij, aut cum gradatim sursum uersus reditur; aut cum demptis coniunctionibus dissolute plura dicuntur : aut cum aliquid prætereuntes, cur id faciamus, ostendimus : aut cum corrigimus nosmet ipsos quæ reprehendentes : aut si est aliqua exclamatio uel admirationis uel questionis : aut cum eiusdem nominis



sæpius commutantur . Sed sententiarum orna-
ta maiora sunt : quibus quia frequentissime
nos bene utitur , sunt qui putent ideo eius e-
sentiam maxime esse laudabilem . Et uero nullus
sine eo locus sine quadam conformatione senten-
tiam dicitur : nec aliud quidquam est dicere , nisi om-
nia aut certe plerasque aliqua specie illuminare sen-
sentis : quas cum tu optime Brute teneas , quid atti-
nominibus uti , aut exemplis ? tantum notitur
'. Sic igitur dicit ille , quem expetimus , ut uer-
epe multis modis eandem & unam rem , &
e in eadem commoreturq; sententia : sæpe etiam
uenet aliquid , sæpe ut irrideat : ut declinet à
suo , deflectatq; sententiam , ut proponat quid
rursus sit : ut , cum transegerit iam aliquid , desi-
ne se ipse reuocet , ut , quod dixit , iteret , ut ar-
gumentum ratione concludat , ut interrogando ur-
ut rursus quasi ad interrogata sibi ipse re-
tat , ut contra ac dicat accipi & sentiri uelit ,
lubitet quid potius aut quo modo dicat , ut
t in partes , ut aliquid relinquat ac negligat ,
: pramuniat , ut in eo ipso , in quo reprehendit
culpam in aduersarium conferat : ut sæpe
s , qui audiunt , nonnunquam etiam cum ad-
o quasi deliberet : ut hominum sermones mo-
describat : ut muta quadam loquentia indu-
ab eo , quod agitur , auertat animos : ut sæ-
ilaritatem risum ue conuertat : ut ante oculos
d uideat opponi : ut comparet similitudines ,
ur exemplis , ut aliud alij tribuens differtiat ,



O R A T O R .

ut interpellatorem coerceat, ut aliquid reticere se
 ciat, ut denunciaret quid caueat, ut liberius quid a
 deat, ut irascatur etiam, ut obiurget aliquando,
 deprecetur, ut supplicet, ut medeatur, ut à pr
 posito declinet aliquantulum, ut excretur, ut
 ijs, apud quos dicit, familiaris: atque alias eti
 dicendi quasi uirtutes sequatur; breuitatem, si
 petet. Sæpe etiam rem dicendo subiiciet oculis:
 pe supra feret, quàm fieri possit: significatio s
 erit maior, quàm oratio, sæpe hilaritas, sæpe uir
 naturarumq; imitatio. Hoc in genere (nam qu
 syluam uides) omnis eluceat oportet eloquentiæ m
 gnitudo: sed hæc, nisi collocata, & quasi structa
 nexa uerbis, ad eam laudem, quam uolumus, ad
 rare non possunt. De quo cum mihi deinceps uide
 esse dicendum, etsi non mouebant iam me illa,
 supra dixeram; tamen ijs, quæ sequuntur, pertu
 bar magis: occurrebat enim, posse reperiri non in
 dos solum, quibus referta sunt omnia, sed fau
 etiam meorum laudum; qui non censerent eius
 esse, de cuius meritis tanta senatus iudicia fecit
 comprobante populo R. quanta de nullo, de ar
 dicendi literis tam multa mandare. Quibus si
 aliud responderem, nisi me M. BRUTO negare ro
 ti noluisse; iusta esset excusatio; cum & am
 mo, & præstantissimo uiro, & recta & ho
 petenti satisfacere uoluissim. sed si profitear (u
 utinam possim) me studiosis dicendi præceptis
 quasi uias, quæ ad eloquentiam ferrent, tra
 rum: quis tandem id iustus rerum: astimator u



deret? Nam quis unquam dubitauit, quin in
 . nostra primas eloquentia ienuerit semper ur-
 . is pacatisq; rebus, secundas iuris scientia? cum
 altera gratia, gloria, praesidij plurimum esset; in
 ra persecutionum cautionumq; praecipio; qua
 dem ipsa auxilium ab eloquentia saepe peteret;
 uero repugnante uix suas regiones finesq; defen-
 re. Cur igitur ius civile docere semper pulchrum
 ; hominumq; clarissimorum discipulis flouet
 t domus: ad dicendum si quis acuat, aut adiu-
 in eo iuuentutem, uituperetur? Nam si uitiosum
 licere ornate, pellatur omnino è ciuitate eloquen-
 sin ea non modo eos ornat, penes quos est, sed
 n uniuersam remp. cur aut discere turpe est,
 l scire honestum est; aut, quod nosse pulcherri-
 n est, id non gloriosum docere? At alterum fa-
 tum est, alterum nouum. Fateor: sed utriusque
 ausa est. Alteros enim respondentes audire sae-
 ; ut ij, qui docerent, nullum sibi ad eam rem
 us ipsi seponerent, sed eodem tempore & di-
 bus satisfacerent, & consulentibus. Alteri,
 domesticum tempus in cognoscendis componen-
 causis, forense in agendis, reliquum in se ipsis
 endis omne consumerent, quem habebant insti-
 i, aut docendi locum? Atque haud scio, an
 ue nostrorum oratorum ingenio plus ualuc-
 quam doctrina: itaque illi dicere melius quam
 pere, nos contra fortasse possumus. At digni-
 docere non habet. certe, si quasi in ludo. sed
 uendo, si cohortando, si percunctando, si com-



O R A T O R .

munificando; si interdum etiam una legendo, audien-
do, nescio cur non docendo etiam aliquid aliquando,
** si possis, meliores facere cur nolis. An, quibus uer-*
bis sacrorum alienatio fiat; docere honestum est,
ut est: quibus ipsa sacra retineri defendiq; possint,
non honestum est? At ius profitentur etiam qui ne-
sciunt: eloquentia autem illi ipsi, qui consecuti sunt,
tamen se ualere dissimulant; propterea quòd pruden-
tia hominibus grata est, lingua suspecta. Num igitur
aut latere eloquentia potest; aut id, quod dissimula-
lat, effugit; aut est periculum, ne quis putet in ma-
gna arte & gloriosa, turpe esse docere alios; id quod
ipsi fuerit honestissimum discere? Ac fortasse ceteri
tectiores: ego semper me didicisse præ me tuli. Quid
enim possem? cum & abfuissem adolescens, &
horum studiorum causa mare transissem, & doctis-
simis hominibus referta domus esset, & aliquæ for-
tasse inessens in sermone nostro doctrinarum notæ;
cumq; uulgo scripta nostra legerentur, dissimula-
rem me didicisse? qui probarem? nisi quòd parum
fortasse profeceram. Quod cum ita sit, tamen ea,
quæ supra dicta sunt, plus in disputando, quàm ea,
de quibus dicendum est, dignitatis habuerunt. De
uerbis enim componendis, & de syllabis propemo-
dum dinumerandis & dimetiendis loquimur: quæ
etiam si sunt, sicuti mihi uidentur, necessaria, ta-
men fiunt magnificentius, quàm docentur. Est id
omnino uerum, sed proprie in hoc dicitur: nam o-
mnium magnarum artium, sicut arborum, altitudo
nos delectat, radices stirpesq; non item: sed esse illa



his non potest. Me autem siue periuagatissimus
 uersus, qui uetat,
 em pudere proloqui, quam factites,
 mulare non sinit quin delectet; siue tuum stu-
 m hoc à me uolumen expressit: tamen eis, quos
 uid reprehensuros suspicabar, respondendum.
 Quod si ea, quæ dixi, non ita essent; quis ta-
 se tam durum agrestemq; præberet, qui hanc
 non daret ueniam, ut, cum meæ forenses ar-
 & actiones publicæ concidissent, non me aut
 iæ, quod facere non possum, aut mæstitiæ, cui
 o, potius, quàm literis dederem? quæ quidem
 antea in iudicia atque in curiam deducebant;
 oblectant domi: nec uero talibus modo rebus;
 hic liber continet, sed multo etiam grauiori-
 & maioribus: quæ si erunt perfectæ, profecto
 sibus nostris rebus etiam domesticae literæ respon-
 det. Sed ad institutam disputationem reuertamur.
 Collocabuntur igitur uerba aut ut inter se
 aptissime cohereant extrema cum primis, eaq;
 quam suauissimis uocibus; aut ut forma ipsa,
 unitasq; uerborum conficiat orbem suum; aut
 imprehensio numerosæ & apte cadat. Atque il-
 limum uideamus quale sit, quod uel maxime
 rat diligentiam: (est enim quasi structura
 m) nec id tamen fiet operose: nam esset cum
 us, cum puerilis labor: quod apud Lucillum
 exagitat in Albutio Scauola,
 m lepide lexeis compositæ, ut cesserula, omnes
 pauimento, atque emblemate uermiculato.



O R A T O R.

nolo tam minuta hæc constructio appareat: sed tamen stylus exercitatus efficiet facile hanc uiam componendi. nam ut in legendo oculus, sic animus in dicendo prospiciet quid sequatur, ne extremorum uerborum cum insequentibus primis concursus aut hiulcas uoces efficiat, aut asperas. quamuis enim suaves, graues uel sententiæ, tamen, si inconditis uerbis efferuntur, offendent aures, quarum est iudicium superbissimum. quod quidem Latina lingua sic obseruat, nemo ut tam rusticus sit, qui uocales nolit coniungere. in quo quidam etiam Theopompum reprehendunt, quòd eas literas tantopere fugerit: & si id magister eius Isocrates, at non Thucydides, ne ille quidem haud paulo maior scriptor Plato: nec solum in ijs sermonibus, qui dialogi dicuntur, ubi etiam de industria id faciendum fuit, sed in populari oratione, qua mos est Athenis laudari in concione eos, qui sunt in prælijs interfecti: quæ sic probata est, ut eam quotannis, ut scis, illo die recitari necesse sit. in ea est crebra ista uocalium concursio, quam magna ex parte ut uitiosam fugit Demosthenes. Sed Græci uiderint: nobis ne si cupiamus quidem distrahere uocales conceditur. indicant orationes illæ ipsæ horridule Catonis, indicant omnes poætæ, præter eos, qui, ut uersum facerent, sæpe hiabant, ut Næuius,
 Vos, qui accolitis Histrum fluuium atque Algidam.
 Et ibidem,
 Quam nunquam nobis Græij atque Barbari.
 At Ennius semel;
 Scipio inuicte.



quidem nos; c motu radiantis Etesia in uada ponti. idem nostri saepius non tulissent, quod Græci laute etiam solent. Sed quid ego uocales? sine uocales saepe breuitatis causa contrahebant, ut ita dicunt, multi modis, uas argenteus, palm' & crius, uel' fractis. Quid uero licentius, quam uod hominum etiam nomina contrahebant, quo est aptiora. nam ut duellum bellum, & diuis bis: Duellium eum, qui Pænos classe deuicit, Bellium uinauerunt, cum superiores appellati essent sem Duellij. Quin etiam uerba saepe contrahuntur, usus causa, sed aurium. Quo modo enim non Axilla Ala factus est, nisi fuga literæ uastioris? non literam etiam è maxillis, è taxillis, & uel' & paxillo consuetudo elegans Latini sermonis sit. Libenter etiam copulando uerba iungebant, odes, pro si audes; sis, pro si uis. Iam in uno, cetera uerba sunt: ain', pro ais ne: nequire, pro quire: malle, pro magis uelle: nolle, pro non. Dein etiam saepe & exin, pro deinde & pro de diximus. Quid illud, non olet unde sit, quod ur cum illis, cum autem nobis non dicitur, sed scum? quia, si ita diceretur, obscænius concurrere literæ, ut etiam modo, nisi, autem, inuissem, concurrissent. Ex eo est mecum & te; non, cum me, & cum te: ut esset simile illis scum, atque nobiscum. Atque etiam à quibusfero iam emendatur antiquitas, qui hæc representant: nam, proh deum atque hominum fidem,



O R A T O R.

deorum aiunt. Ita credo, hoc illi nesciebant; an dabit hanc licentiam consuetudo? itaque idem poeta, qui inusitatus contraxerat,

-Patris mei meum factum pudet, pro, meorum factorum; & , Texitur exitium examen rapit, pro, exitiorum; non dicit liberum, ut plerique loquimur, cum, Cupidos liberum, aut, In liberum loco, dicimus; sed ut isti uolunt,

Neque tuum unquam in gremium extollas liberorum ex te genus. & idem,

Nanque Aesculapij liberorum.-

At ille alter in Chryse non solum,

Ciues antiqui amici maiorum meum,

quod erat usitatum; sed durius etiam,

Consilium socij, augurium, atque extum interpretes.

Idemq; pergit,

Postquam prodigium horrifera portentum pavos:

quae non sane sunt in omnibus neutris usitata. nec

enim dixerim tam libenter armum iudicium, etsi est

apud eundem,

Nihil ne ad te de iudicio armum accidit?

quam centuriam, ut Censoriae tabulae loquuntur.

fabrum & procum audeo dicere, non fabrorum &

procorum. planeq; Duorum uirorum iudicium, aut

Trium uirorum capitalium, aut Decem uirorum li-

tibus iudicandis dico nunquam.

Aequi dixit Aetius,

Video sepulchra dua duorum corporum. Idemq;

-Mulier una duum uirum.

Quid uerum sit, intelligo: sed alias ita loquor.



cessum est, ut hoc uel Proh deum dico, uel Proh
 rum: alias ut necess: est, cum Triumuirum, non
 urum; cum sestertium nummum, non nummo-
 v: quòd in his consuetudo uaria non est. Quid;
 id sic loqui, nosse, iudicasse, uetant; nouisse iu-
 , & iudicauisse: quasi uero nesciamus, in hoc
 re & plenum uerbum recte dici, & imminu-
 usitate. itaque utrunque Terentius.

tu cognatum tuum non noras? - Post idem,
 phonem, inquam, noueras.

plenum est: sit, imminutum: licet utare utro-
 ergo ibidem,

im cara sinq; post carendo intelligunt,
 m q; atinendi magni dominatus sient.

nec uero reprehenderim, Scripsere alij rem.

Scripserunt, esse uerius sentio; sed consuetudi-
 tribus indulgenti libenter obsequor.

campus habet, - inquit Ennius: &

implis isdem; - probauit: ac eisdem erat ue-

nec tamen eisdem opinus: male sonabat isf-
 impetratum est à consuetudine, ut peccare

tatis causa liceret. & pomeridianas quadri-

quàm postmeridianas libentius dixerim, &

scule quàm mehercules. Non scire, quidem bar-

m iam uidetur; nescire, dulcius. Ipsum meri-

cur non medidim? credo quòd erat insuauius.

prepositio est A. B, eaq; nunc tantum in acce-

bulis manet, ne his quidem omnium; in reli-

sermone mutata est. nam amouit dicimus, &

& abstulit: ut iam nescias, ab ne uerum sit;



an abs. Quid si etiam, abfugit? turpe uisum est: & abfer noluerunt, aufer maluerunt: quæ præpositio præter hæc duo uerba nullo alio in uerbo reperitur. Notierant, & naui, & nari: quibus cum IN præponi oporteret; dulcius uisum est, ignoti, ignaui, ignari, dicere, quàm ut ueritas postulabat. Ex usu dieunt, & è rep. quòd in altero uocalis excipiebatur, in altero esset asperitas, nisi literam sustulisses. ut exegit, edixit, effecit, extulit, edidit, adiuncti uerbi primam literam præpositio commutauit, ut subegit, summutauit, sustulit. Quid in uerbis iunctis? quàm scite insipientem, non insipientem? iniquum, non inæquum? tricipitem, non tricapitem: concisum, non concasum? ex quo quidam perisuriam uolunt: quod eadem consuetudo non probauit. Quid uero hoc elegantius, quod non sit natura, sed quodam instituto? inclytus dicimus breui prima litera, insanus producta; inhumanus breui, infelix longa. & ne multis, quibus in uerbis ex primæ literæ sunt, quæ in sapiente atque felice, producte dicitur, in cæteris omnibus breuiter. itemq; composuit consueuit, concrepuit, confecit: consule ueritatem reprehendet: refer ad aures, probabunt. quæretur? ita se dicent iuuari. uoluptati autem aurium morigerari debet oratio. quin ego ipse, cum scirem ita maiores locutos esse, ut nusquam nisi in uocal aspiratione uterentur, loquebar sic, ut pulcros, & Cætegos, triumphos, Cartaginem dicerem: aliquando, idq; sero, conuicio aurium cum extorta mihi ueritas esset, usum loquendi populo concessi, sciens



am mihi reseruauit. Orciuus tamen, & Matones, & Matones, Coepiones, sepulchra, coronas, lacrymas dimissimus, quia per aurium iudicium semper licet. Purum semper Ennius, nunquam Pyrrhum. Vi profecerunt Fruges, non Phryges, ipsius antiqui deparant libri: nec enim Græcam literam adhibebant, nunc autem etiam duas: & cum Phrygum, & cum Phrygibus dicendum esset, absurdum erat autem Barbaris casibus Græcam literam adhibere, ut recto casu solum Græce loqui: tamen & Phrygum, & Pyrrhum aurium causa dicimus. Quin etiam, quod iam subrusticum uidetur, olim autem politius, eorum uerborum, quorum eadem erant postrema ex litera, quæ sunt in optumus, postremam litteram detrahebant, nisi uocalis insequeretur. ita non de ea offensio in uersibus, quam nunc fugiunt, uetera noui. ita enim loquebanur, qui est omnibus princeps: non, omnibus princeps. & ita illa dignus locoq;: non dignus. Quod si indocta consuetudo tam est artifex suauitatis; quid ab ipsa tandem arte & doctrina postulari potest? Hæc dixi breuius, quam si hac de re una putarem; (est enim hic locus late patens, de natura, usuq; uerborum) longius autem, quam inuenta ratio postulabat. Sed quia rerum, uerborumq; iudicium prudentiæ est, uocum autem, & numerum aures sunt iudices; & quod illa ad intelligentiam referuntur, hæc ad uoluptatem: in illis ratio uenit, in his sensus artem. aut enim negligenda uis fuit uoluptas eorum, quibus probari uoleba-



O R A T O R .

orationis . . quod qui non sentiunt ; quas aures habeant , aut quid in his hominis simile sit , nescio . meae quidem & perfecto completoq; uerborum ambitu gaudent , & curta sentiunt , nec amant redundantia . quid dico meae ? conciones saepe exclamare uidi , cum apte uerba cecidissent : id enim expectant aures , ut uerbis colligantur sententiae . Non erat hoc apud antiquos . & quidem nihil aliud fere non erat . nam & uerba eligebant : & sententias graues , & suauem reperiiebant , sed eas haud uinciebant , haud explebant . Parum hoc me ipsum delectat , inquit . Quid si antiquissima illa pictura paucorum colorum magis , quam haec iam perfecta , delectet ; illa nobis sit , credo , repetenda , haec scilicet repudianda . Nominibus ueterum gloriantur . habet autem ut in etatibus auctoritatem . senectus , sic in exemplis antiquitas : quae quidem apud me ipsum ualeet plurimum . nec ego id , quod deest antiquitati , flagito potius quam laudo quod est : praesertim cum ea maiora iudicem , quae sunt , quam illa , quae desunt : plus enim in uerbis , & in sententijs boni , quibus illi excellunt , quam in conclusione sententiarum , quam non habent . Post inuenta conclusio est : qua credo usuros ueteres illos fuisse , si iam nota atque usurpata re esset : qua inuenta omnes usos magnos oratores uideamus : sed habet nomen inuidiam , cum in oratione iudiciali & forensi numerus Latine , Graece *γυβυς* inesse dicitur . nimis enim insidiarum ad capiendas aures adhiberi uidetur , si etiam in dicendo numerus ab oratore quaeruntur . hoc freti isti , & ipsi infracti



amputata loquuntur ; & eos uituperant , quod
 ita & finita pronunciant . si inanibus uerbis , leui-
 s'q; sententijs , iure : sin proba res , lecta uerba ;
 id est cur claudicare , aut insistere orationem ma-
 te , quam cum sententia pariter excurrere ? hic e-
 m inuidiosus numerus nihil affere aliud , ni-
 ut sit apte uerbis comprehensa sententia : quod fie-
 am ab antiquis , sed plerunque casu , saepe natura :
 que ualde laudantur apud illos , ea fere , quia
 ne conclusa , laudantur . & apud Græcos quidem
 n anni prope CCC sunt , cum hoc probatur :
 nupcr agnouimus . ergo Ennio licuit uetera con-
 nenti dicere ,

rsibu' quos olim Fauni , uicesq; canebant :
 hi de antiquis eodem modo non licebit ? praesertim
 a dicturus non sim ,
 ue hunc , - ut ille : nec quæ sequuntur ,
 s ausi referare . - legi enim , audiuiq; nonnul-
 , quorum propemodum absolute concluderetur
 tio . quod qui non possunt , non est eis satis non
 teniri , laudari etiam uolunt . ego autem illos ipsos
 do , idq; merito ; quorum se isti imitatores esse di-
 t ; (nisi in eis aliquid desidero) hos uero minime ,
 nihil illorum nisi uitium sequuntur , cum à bonis
 ut longissime . Quod si aures tam inhumanas ;
 q; agrestes habent ; ne doctissimorum quidem
 rum eos mouebit auctoritas ? omitto Isocratem ;
 ipulosq; eius Ephorum , & Naucratem : quan-
 um orationis facienda & ornanda auctores locu-
 ssimi , summi ipsi oratores , esse debeant : sed quis



omnium doctior, quis acutior, quis in rebus uel inueniendis uel iudicandis acrior Aristotele fuit? quis porro Isocrati est aduersatus infensius? is igitur uersum in oratione uetat esse, numerum iubet. Eius auditor Theodeetes, in primis, ut Aristoteles saepe significat, politus scriptor, atque artifex, hoc idem sensit, & praecipit. Theophrastus uero iisdem de rebus etiam acuratius. quis ergo istos ferat, qui hos auctores non probent? nisi omnino haec esse ab his praecpta nesciunt. quod si ita est: (nec uero aliter existimo) quid, ipsi suis sensibus non mouentur? nihil ne eis inane uideatur, nihil inconditum, nihil curatum, nihil claudicans, nihil redundans? In uersu quidem theatra tota exclamant, si fuit una syllaba aut breuior, aut longior. Nec uero multitudo pedes nouit, nec ullos numeros tenet, nec, illud, quod offendit, aut cur, aut in quo offendat, intelligit: tamen omnium longitudinum & breuitatum in sonis, sicut acutarum grauiumq; uocum, iudicium ipsa natura in auribus nostris collocauit. Vis ne igitur Brute totum hunc locum acuratius etiam explicemus, quam illi ipsi, qui & haec, & alia nobis tradiderunt; an ijs contenti esse, quae ab illis dicta sunt, possumus? Sed quid quero, uelis ne; cum literis tuis eruditissime scripas, te id uel maxime uelle, perspexerim? Primum ergo origo, deinde causa, post natura, tum ad extremum usus ipse explicetur orationis apta atque numerosa. Nam qui Isocratem maxime mirantur, hoc in eius summis laudibus ferunt, quod uerbis solutus numeros primus adiunxerit. cum enim uideret



Idcirco oratores cum seueritate audiri, poetas autem
 cum uoluptate; tum dicitur numeros secutus, qui-
 us etiam in oratione uteremur, cum iucunditatis
 causa, tum ut uarietas occurreret satietati. quod ab
 uere quadam ex parte, non totum, dicitur. nam
 minime in eo genere scientius uersatum Isocrate con-
 mendum est: sed princeps inueniendi fuit Trasyma-
 chus: cuius omnia nimis etiam extant scripta nume-
 rose. nam, ut paulo ante dixi, paria paribus adiun-
 ta, & similiter definita, itemq; contrarijs relata con-
 traria, quæ sua sponte, etiam si id non agas, cadunt
 utruque numerosæ, Gorgias primus inuenit: sed
 est usus intemperantius. id autem est genus, ut
 dictum est, ex tribus partibus collocationis alte-
 rum. horum uterque Isocratem aetate præcurrit: ut
 ille moderatione, non inuentione uicerit. est enim
 in transferendis, faciendisq; uerbis tranquillior,
 in ipsis numeris sedatior. Gorgias autem auuidior.
 generis eius, & his festiuitatibus (sic enim ipse
 est) insolentius abutitur: quas Isocrates, cum
 eum audiuiisset in Thessalia adolescens senem iam
 ætatem, moderatius temperauit. quin etiam se ipse
 ætatem, quantum aetate procedebat, (prope enim
 ætatem confecit annos) relaxarat à nimia necessita-
 tum: quod declarat in eo libro, quem ad
 Philippum Macedonem scripsit, cum iam admodum
 senex: in quo dicit sese iam minus seruire nume-
 rum quam solitus esset. ita non modo superiores, sed
 se ipse correxerat. Quoniam igitur habemus
 orationis eos principes auctoresq; quos dicimus;



O R A T O R .

*Et origo inuenta est; causa queratur. quæ sic aperta
 ta est, ut mirer ueteres non esse commotos, præsertim
 cum, ut sit, foreuito sæpe aliquid concludere apteque di-
 cerent: quod cum animos hominum, aureisque pepu-
 lisset, ut intelligi posset, id, quod casus effudisset,
 cecidisset iucunde; notandum certe genus, atque ipsi
 sibi imitandi fuerunt. aures enim, uel animus au-
 rium nuncio naturalem quandam in se continet uo-
 cum omnium mentionem. itaque et longiora, et bre-
 uiora iudicat; et perfecta, ac moderata semper ex-
 pectat: mutila sentit quædam, et quasi decurtata:
 quibus, tanquam debito fraudetur, offenditur. pro-
 ductiora alia, et quasi immoderatus excurrentia:
 quæ magis etiam aspernantur aures: quod cum in
 plerisque, tum in hoc genere, nimium quod est, offen-
 dit uehementius, quam id, quod uidetur parum. Ut
 igitur poetica, et uersus inuentus est terminatio
 aurium, obseruatione prudentium: sic in oratione
 animaduersum est, multo illud quidem serius, sed
 eadem natura admonente, esse quosdam certos cur-
 sus, conclusionesque uerborum. Quoniam igitur cau-
 sam quoque ostendimus, naturam nunc, (id enim
 erat tertium) si placet, explicemus: quæ disputatio
 non huius instituti sermonis est, sed artis intima.
 Queri enim potest, qui sit orationis numerus, et ubi
 sit positus, et natus ex quo, et is unusne sit, an
 duo, an plures, quaque ratione componatur, et ad
 quam rem, et quando, et quo loco, et quemadmo-
 dum adhibitus aliquid uoluptatis afferat. Sed ut in
 plerisque rebus, sic in hac duplex est considerandi uis.*



uarum altera est longior, breuior altera, eadem e-
 am planior. Est autem longioris prima illa quaestio,
 si ne omnino ulla numerosa oratio: (quibusdam e-
 im non uidetur: quia nihil insit in ea certi; ut in
 versibus; & quod ipsi, qui affirmant eos esse nume-
 ros, rationem, cur sint, non queant reddere) deinde
 si sit numerus in oratione, qualis sit, aut quales, & è
 poetis ne numeris, an ex alio genere quodam: &
 è poeticis, quis eorum sit, aut qui: nanque alijs
 unus modo, alijs plures, alijs omnes i'dem uidentur:
 inde, quicumque sunt, siue unus, siue plures,
 communes ne sint omni generi orationis; quoniam a-
 liud genus est narrandi, aliud persuadendi, aliud
 uocandi; an dispares numeri cuique orationis generi
 accommodentur: si communes, qui sint: si dispares,
 quid intersit, & cur non aequè in oratione atque in
 versu numerus appareat: deinde, quod dicitur in ora-
 tione numerosum, id utrum numero solum efficia-
 tur, an etiam uel compositione quadam, uel genere
 uerborum: an est suum cuiusque; ut numerus in-
 uersalis, compositio uocibus, genus ipsum uerborum
 nisi quadam forma & lumen orationis appareat,
 & omnium fons compositio, ex eaq; & numerus ef-
 ficetur, & ea quae dicuntur orationis quasi forma &
 uersina, quae, ut dixi, Graeci uocant σχήματα.
 non est unum, nec idem, quod uoce iucundum
 & quod moderatione absolutum, & quod il-
 luminatum genere uerborum: quanquam id quidem
 unum est numero, quia per se plerunque per-
 uenit: compositio autem ab utroque differt, quae



tota seruit grauitati uocum, aut suauitati. Hæc igitur fere sunt, in quibus rei natura querenda sit. Esse ergo in oratione numerum quendam, non est difficile cognoscere: iudicat enim sensus: in quo inquam est, quod accidit, non agnoscere, si, cur id accidat, reperire nequeamus. neque enim ipse uersus ratione est cognitus, sed natura atque sensu, quem dimensa ratio docuit quid acciderit: ita notatio naturæ & animaduersio peperit artem. Sed in uersibus res est apertior. quanquam etiam à modis quibusdam cantu remoto soluta esse uideatur oratio, maximeq; id in optimo quoque eorum poetarum, qui λυρικοί à Græcis nominantur: quos cum cantu spoliaueris, nuda pene remanet oratio. Quorum similia sunt quedam etiam apud nostros: uelut ille in Thyeste,

Quemnam te esse dicam? qui tarda in senectute.
& quæ sequuntur: quæ, nisi cum tibicen accessit, orationi sunt soluta simillima. At comicorum senarij propter similitudinem sermonis sic sæpe sunt abiecti, ut nonnunquam uix in his numerus & uersus intelligi possit: quo est ad inueniendum difficilior in oratione numerus, quàm in uersibus. Omnino duo sunt, quæ condiant orationem, uerborum, numerorumq; iucunditas. In uerbis inest quasi materia quedam, in numero autem expositio. sed ut ceteris in rebus, necessitatis inuenta antiquiora sunt, quàm uoluptatis: ita & in hac re accidit, ut malis seculis ante oratio nuda ac rudis ad solos animorum sensus exprimendos fuerit reperta, quàm ratio



numerorum causa delectationis aurium excogitata & itaque & Herodotus, & eadem superiorq; aras numero caruit, nisi quando temere ac fortuito: & scriptores perueteres de numero nihil omnino, de oratione praecepta multa nobis reliquerunt. nam quod facilius est, & magis necessarium, id semper antecognoscitur. itaque translata, aut facta, aut iuncta uerba facile sunt cognita, quia sumebantur è consuetudine, quotidianoq; sermone. numerus enim non domo depromebatur, neque habebat aliquam necessitudinem, aut cognationem cum oratione: itaque serius aliquanto notatus & cognitus, quasi quandam palastram, & extrema lineamenta orationi attulit. quòd si & angusta quaedam atque concisa, & alia est collatata & diffusa oratio: necesse est id non literarum acridere natura, sed inuallorum longorum, & breuium uarietate: quibus implicata, atque permista oratio quoniam tum bilis est, tum uolubilis, necesse est cuiusmodi naturam numeris contineri. Nam circuitus ille, quem de iam diximus, incitator numero ipso fertur, & peritur, quoad perueniat ad finem, & insistat. Periculum est igitur, numeris astrictam orationem esse debere, carere uersibus: sed, hi numeri poetici neque, an ex alio genere quodam, deinceps uidendum. Illus est igitur numerus extra poeticos: propterea quòd definita sunt genera numerorum: nam omnis numerus est, ut unus sit è tribus. Pes enim, qui adhibetur ad numeros, partitur in tria, ut necesse sit pariter pedis aut aequalem esse alteri parti, aut altero



O R A T O R .

ranto, aut sesqui esse maiorem. Ita fit æqualis dactylus, duplex iambus, sesqui pæon: qui pedes in orationem non cadere qui possunt? quibus ordine locatis, quod efficitur, numerosum sit necesse est. Sed quaeritur, quo numero, aut quibus potissimum sit utendum. Incidere uero omnes in orationem, etiam ex hoc intelligi potest, quod uersus saepe in oratione per imprudentiam dicimus: quod uehementer est uitiosum: sed non attendimus, neque exaudimus nosmet ipsos. Senarios uero, & hyponacteos effugere uix possumus. magnam enim partem ex iambis nostra constat oratio. sed tamen eos uersus facile agnoscit auditor: sunt enim usitatissimi. inculcamus autem per imprudentiam saepe etiam minus usitados, sed tamen uersus, uitiosum genus, & longa animi prouisione fugiendum. Elegit ex multis Isocratis libris triginta fortasse uersus Hieronymus, Peripateticus in primis nobilis, plerosque senarios, sed etiam anapesticos: quo quid potest esse turpius? cæsi in eligendo fecit malitiose: prima enim syllaba dempta in primo uerbo sententiæ, postremum ad uerbum primam rursus syllabam adiunxit insequentis. ita factus est anapestus is, qui Aristophaneus nominatur. quod ne accidat, obseruari nec potest, nec necesse est. Sed tamen hic corrector in eo ipso loco, quo reprehendit, ut à me animaduersum est studiose inquirente in eum, immittit imprudens ipse senarium. Sit igitur hoc cognitum, in solutis etiam uerbis inesse numeros, eosdemq; esse oratoris, qui sint poetici. Sequitur ergo, ut, qui maxime cadant in orationem aptam



meri, uideendum sit. sunt enim, qui iambicum
 utent, quòd sit orationi simillimus: qua de causa
 ri, ut is potissimum propter similitudinem adhi-
 atur in fabulis; quòd ille daëtylicus numerus hexa-
 terorum magniloquentia sit accommodatior. Epho-
 : autem, leuis ipse orator, sed profectus ex optima
 tiplina, pæona sequitur, aut daëtylum: fugit au-
 ssondeum & trochæum. quòd enim pæon habeat
 breues, daëtylus autem duas; breuitate & cele-
 re syllabarum labi putat uerba procliuius: con-
 q; accidere in spondeo & trochæo, quòd alter è
 ris constaret, alter è breuibus fieret; alteram
 is incitatam, alteram nimis tardam orationem,
 eram temperatam. Sed illi priores errant, & E-
 rus in culpa est. nam qui pæona prætereunt, non
 ut melissimum à sese numerum, eundemq;
 plissimum præteriri. quod longe Aristoteli uide-
 secus; qui iudicat heroum numerum gran-
 em, quàm desideret soluta oratio; iambum
 m nimis è uulgari esse sermone. ita neque hu-
 m, nec abiectam orationem, nec nimis altam,
 exaggeratam probat: plenam tamen eam uult
 grauitatis, ut eos, qui audient, ad maiorem
 rationem possit traducere. Trochæum au-
 qui est eodem spatio quo choreus, cordacem
 lat; quia contractio & breuitas dignitatem
 habeat. ita pæona probat; eòq; ait uti omnes,
 sos non sentire cum utantur; esse autem ter-
 , ac medium inter illos, sed ita factos eos pedes
 ut in eis singulis modus insit aut sesquipleus.



O R A T O R .

aut duplex, aut par. itaque illi, de quibus ante
dixi, tantummodo commoditatis habuerunt ratio-
nem, nullam dignitatis. iambus enim & dactylus
in uersum cadunt maxime. itaque ut uersum su-
gimus in oratione, sic hi sunt euitandi continuati
pedes. aliud enim quiddam est oratio; nec quidquam
inimicius, quam illa uersibus. Pæon autem mini-
me est aptus ad uersum: quo libentius eum recepit
oratio. Ephorus uero ne spondeum quidem, quem
fugit, intelligit esse æqualem dactylo, quem probat:
syllabis enim metiendos pedes, non interuallis exi-
stimat: quod idem facit in trochæo; qui temporibus
& interuallis est par iambo; sed eo uiciosus in ora-
tione, si ponetur extremus, quòd uerba melius in
syllabas longiores cadunt. Atque hæc, quæ sunt apud
Aristotelem, eadem à Theophrasto, Theodectæq;
de pæone dicuntur. Ego autem sentio omnes in ora-
tione esse quasi permixtos, & confusos pedes. nec
enim effugere possenus animadversionem, si sem-
per iisdem uteremur: quia nec numerosa esse, ut
poema, neque extra numerum, ut sermo uulgi est,
debet oratio. alterum nimis est uinctum, ut de in-
dustria factum appareat: alterum nimis dissolu-
tum, ut peruagatum ac uulgare: ut ab altero non
delectere, alterum oderis. Sit igitur, ut supra di-
xi, permixta & temperata numeris, nec dissoluta,
nec tota numerosa, pæone maxime, (quoniam opti-
mus auctor ita censet) sed reliquis etiam numeris,
quos ille præterit, temperata. Quos autem nume-
ros cum quibus tanquam purpuram misceri oportet.



at, nunc dicendum est, atque etiam quibus orationis generibus sint quique accommodatissimi. Iamque enim frequentissimus est in ijs, quæ demisso atque humili sermone dicuntur: pæon autem in amioribus, in utroque dactylus: ita in uaria & peritua oratione hi sunt inter se miscendi & temperandi. sic minime animaduertetur delectationis auspicium, & quadranda orationis industria: quæ rebit eo magis, si & uerborum, & sententiarum uideribus utemur. nam qui audiunt, hæc duo animaduertunt, & iucunda sibi censent, uerba dicentis, & sententias: eaq; dum animis attentis admittentes excipiunt, fugit eos & præteruolat numerus: qui tamen si abesset, illa ipsa delectarent. Nec, pro nimis is cursus est numerorum, orationis dico, tam est longe aliter in uersibus) nihil ut fiat exemplum: nam id quidem esset poema. sed omnino nec claudicans, nec quasi fluctuans, & equaliter constanterq; ingrediens, numerosa habetur oratio. Atque id in dicendo numerosum putatur, non ad totum constat à numeris, sed quod ad numerum proxime accedit. quo etiam difficilius est oratione, quam uersibus: quòd in illis certa quadam & inimita lex est, quam sequi sit necesse; in dicendo nihil est propositum, nisi aut ne immoderata, uel angusta, aut dissoluta, aut fluens sit oratio. ita non sunt in ea tanquam tibicini percussionum modi, sed uniuersa comprehensio, & species orationis clausa, & terminata est, quod uoluptate auctorem iudicatur. Solet autem queri, toto ne in ambi-



O R A T O R .

tu uerborum numeri tenendi sint, an in primis partibus atque in extremis. plerique enim censent cadere tantum numerose oportere, terminariq; sententiam. Est autem, ut id maxime deceat, non id solum ponendus est enim ille ambitus, non abiiciendus, quare cum aures extremum semper expectent, in eoq; acquiescant, id uacare numero non oportet: sed ad hunc exitum tamen à principio ferri debet uerborum illa comprehensio, & tota à capite ita fluere, ut ad extremum ueniens ipsa consistat. id autem bona disciplina exercitatis, qui & multa scripserint, & quaecunque etiam sine scripto dicerent, similia scriptorum effecerint, non erit difficillimum. Ante enim circumscribitur mente sententia, confestimq; uerba concurrunt: quæ mens eadem, qua nihil est celerius, statim dimittit, ut suo quodque loco respondeat: quorum descriptus ordo alias alia terminatione concluditur: atque omnia illa & prima, & media uerba spectare debent ad ultimum. interdum enim cursus est in oratione incitator, interdum moderatus ingressio: ut iam à principio uidendum sit, quem admodum uelis uenire ad extremum: nec in numeris magis, quàm in reliquis ornamentis orationis, eadem cum faciamus quæ poetæ, effugimus tamen in oratione poematis similitudinem. est enim in utroque & materia, & tractatio; materia in uerbis, tractatio in collocatione uerborum. Ternæ autem sunt ueriusque partes uerborum, translatum, nouum, priscum: nam de proprijs nihil hoc loco dicimus. Collocationes autem eæ, quas diximus, compositio;



*concinnitas, numerus: sed in utroque frequentiores
 sunt, & liberiores poeta. nam & transferunt uer-
 ba cum crebrius, tum etiam audacius; & priscis li-
 berius utuntur, & liberius nouis. quod idem fit
 in numeris; in quibus quasi necessitati parere cogun-
 tur. sed tamen hæc nec nimis esse diuersa, neque
 modo coniuncta intelligi licet. ita fit, ut non
 in oratione, ut in uersu, numerus extet; idq;
 quod numerosum in oratione dicitur, non semper nu-
 meroso fiat, sed nonnunquam aut concinnitate, aut
 constructione uerborum. Ita si numerus orationis
 dicitur qui sit: omnis est; sed alius alio melior ac-
 curatior. si locus: in omni parte uerborum. si,
 unde ortus sit: ex aurium uoluptate. si componen-
 dum ratio: dicitur alio loco; quia pertinet ad u-
 luptatem, quæ pars quarta & extrema nobis in diuiden-
 da uerborum. si, ad quam rem adhibeatur: ad delectatio-
 nem. si, quando: semper. si, quo loco: in tota conti-
 nuatione uerborum. si, quæ res efficiat uoluptatem:
 in qua in uersibus; quorum modum notat ars,
 uerba ipsæ tacito cum sensu sine arte definiunt.
 multa de natura: sequitur usus, de quo est
 ratio disputandum. In quo quæsitum est, in
 quo circuitu illo orationis, quem Græci περιόδου,
 uel ambitum, tum circuitum, tum comprehen-
 sionem, aut continuationem, aut circumscriptionem
 dicunt; an in principijs solum, an in extremis, an in
 uel in utraque parte numerus tenendus sit. Deinde, cum
 uidetur esse numerus, aliud numerosum;
 in uersu. Tum autem, in omnibus ne numeris*



O R A T O R.

æquabiliter particulas deceat incidere, an facere alias breviores, alias longiores: idq; quando, aut cur, quibusq; partibus, pluribus ne an singulis, imparibus, an aequalibus, & quando aut istis, aut illis sit utendum; quæq; inter se aptissime collocentur, & quo modo, an omnino nulla sit in eo genere distinctio; quodq; ad rem maxime pertinet, qua ratione numerosa fiat oratio. Explicandum etiam est, unde orta sit forma uerborum: dicendumq; quantos circuitus facere deceat. deq; eorum particulis, & tanquam incisionibus differendum est: quærendumq; utrum una species & longitudo sit earum, an ne plures; & si plures, quo loco, aut quando, quoq; genere uti oporteat. Postremo totius generis utilitas explicanda est: quæ quidem patet latius: non ad unam enim rem aliquam, sed ad plures accommodatur. Ac licet non ad singulas res respondentem de uniuerso genere sic dicere, ut etiam singulis satis responsum esse uideatur. Remotis igitur reliquis generibus, unum selegimus hoc, quod in causis foroq; uersatur, de quo diceremus. Ergo in alijs, id est in historia, & in eo quod appellamus ἐπιδεικτικὸν, placet omnia dicta Isocrateo, Theopompeoq; more, illa circumscriptione, ambituq; ut tanquam in orbe inclusa currat oratio, quoad insistant in singulis perfectis, absolutisq; sententijs. itaque posteaquam est nata hæc uel circumscriptio, uel comprehensio, uel continuatio, uel ambitus, si ita licet dicere; nemo, qui aliquo esse in numero, scripsit orationem generis eius, quod esset ad delectationem comparatum, remotumq; à iudicij



rensiq; certamine, quin redigeret omnes fere in
quadrum numerumq; sententias. nam cum is est
aditor, qui non uereatur ne compositæ orationis in-
iis sua fides attentetur; gratiam quoque habet o-
tori, uoluptati aurium seruienti. Genus autem hoc
ationis neque totum assumendum est ad causas fo-
ises, neque omnino repudiandum. si enim sem-
utare; cum satietatem affert, tum, quale sit,
em ab imperitis agnoscitur. Detrahit præterea a-
nis dolorem, aufert humanum sensum aëtoris,
et funditus ueritatem & fidem. Sed quoniam
hibenda nonnunquam est; primum uidendum
quo loco; deinde, quàm diu retinenda sit; tum,
et modis commutanda. Adhibenda est igitur nu-
pota oratio, si aut laudandum est aliquid orna-
t, ut nos in accusationis secundo de Sicilia laude
mus, aut in senatu de Consulatu meo: aut ex-
tenda narratio; quæ plus dignitatis desiderat,
m doloris, ut in quarto accusationis de Ennensi
re, de Segestana Diana, de Syracusarum situ
mus. Sæpe etiam in amplificanda re, concessu
sum funditur numerose, & uolubiliter oratio.
ns fortasse non perfecimus, conati quidem sapi-
sumus: quod plurimis locis perorationes nostræ
sse nos, atque animo contendisse declarant. id
tum ualet, cum is, qui audit, ab oratore
obsessus est, ac tenetur. non enim id agit, ut
retur, & obseruet; sed iam fauet, processumq;
dicendiq; uim admirans, non inquit quod
bendat. Hac autem forma retinenda non diu



est, nec dico in peroratione, quam ipse includit, sed in orationis reliquis partibus. nam cum sis ijs locis usus, quibus ostendi licere; transferenda tota dictio est ad illa, qua nescio cur, cum Graeci κόμματα & κῶλα nominant, nos non recte incisa & membra dicamus. neque enim esse possunt rebus ignotis nota nomina: sed cum uerba aut suauitatis, aut inopia causa transferre soleamus, in omnibus hoc fit artibus, ut, cum id appellandum sit, quod propter terram ignorantem ipsarum nullum habuerit ante nomen, necessitas cogat aut nouum facere uerbum, aut à simili mutuari. Quo autem pacto deceat incise membratim ue dici, iam uidebimus. nunc, quomodo modis mutantur comprehensiones conclusionesq; dicendum est. Fluit omnino numerus à primo, tum incitatus breuitate pedum, tum proceritate tardius cursum contentiones magis requirunt; expositiones rerum, tarditatem. Insistit autem ambitus modis pluribus: è quibus unum est secuta Asia maxime, qui dichoreus uocatur, cum duo extremi chorei sunt, id est è singulis longis & breuibus. explanandum est enim, quòd ab alijs idem pedes alijs nominantur uocabulis. Dichoreus non est ille quidem sua sponte uitiosus in clausulis; sed in orationis numero nihil est tam uitiosum, quàm si semper est idem. cadit autem per se ille praclare: quo etiam satietas formidanda est magis. me stante C. Carbo C. F. Tribunus pl. in concione dixit his uerbis: O' MATA
 ,, Druse, patrem appello: haec quidem duo binis pe-
 ,, dibus incisim: dein membratim: Tu dicere solebas,



eram esse remp. hac item membra ternis: post am-
 us: Quicumque eam uiolauissent, ab omnibus es-
 ei-pœnas persolutas. dichoreus: nihil enim, ad
 m, extrema illa longa sit, an breuis. deinde: Pa-
 s dictum sapiens, temeritas filij comprobauit.
 : dichoreo tantus clamor concionis excitatus est,
 admirabile esset. Quæro, non'ne id numerus ef-
 erit? uerborum ordinem immuta, fac sic, Com-
 pbauit filij temeritas: iam nihil erit: etsi, teme-
 us, ex tribus breuibus & longa est: quem Aristo-
 s ut optimum probat; à quo dissentio. At eadem
 ba, eadem sententia. animo istuc satis est, au-
 us non satis. Sed id crebrius fieri non oportet. pri-
 m enim numerus agnoscitur, deinde satiat, post-
 rognita facilitate contemnitur. Sed sunt clausu-
 plures, quæ numerose & iucunde cadant. nam
 creticus, qui est è longa & breui & longa, &
 æqualis pœon, qui spatio par est, syllaba lon-
 , quam commodissime putatur in solutam ora-
 em illigari, cum sit duplex. nam aut è longa &
 us breuibus, qui numerus in primo uiget, ia-
 n extremo; aut totidem breuibus & longa, in-
 i optime cadere censent ueteres, ego non plane
 o, sed alios antepono. Ne spondeus quidem
 tius est repudiandus: etsi, quòd est è longis
 us, hebetior uidetur, & tardior: habet tamen
 em quendam & non expertem dignitatis gra-
 : in incisionibus uero multo magis, & in mem-
 paucitatem enim pedum grauitatis suæ tardi-
 ompensat. Sed hos cum in clausulis pedes no-



O R A T O R .

mino, non loquor de uno pede extremo: adiungo,
 quod minimum sit, proximum superiorem, saepe et-
 tiam tertium. Ne iambus quidem, qui est è breui
 & longa; aut par choreus, qui habet tres breues,
 sed spatio par non syllabis; aut etiam daëtylus, qui
 est è longa & duabus breuibus, si est proximus à
 postremo, parum uolubiliter peruenit ad extremum,
 si est extremus choreus aut spondeus. nunquam e-
 nim interest, uter sit eorum in pede extremo. Sed
 ijdem hi tres pedes male concludunt, si quis eorum
 in extremo locatus est, nisi cum pro cretico postremus
 est daëtylus. nihil enim interest, daëtylus sit extre-
 mus, an creticus: quia, postrema syllaba breuis, an
 longa sit, ne in uersu quidem refert. Quare etiam
 pæona qui dixit aptiorem, in quo esset longa postre-
 ma, uidit parum: quoniam nihil ad rem est, postre-
 ma quàm longa sit. Iam pæon, quòd plures habeat
 syllabas quàm tres, numerus à quibusdam, non
 pes habetur. est quidem, ut inter omnes constat an-
 tiquos, Aristotelem, Theophrastum, Theodectem,
 Ephorium, unus aptissimus orationi uel orienti, uel
 media: putant illi, etiam cadenti: quo loco mihi ui-
 detur aptior creticus. Dochimus autem è quinque
 syllabis, breui, duabus longis, breui, longa, ut est
 hoc, Amicos tenes, quouis loco aptus est, dum se-
 mel ponatur; iteratus, aut continuatus numerum
 apertum & nimis insignem facit. His igitur ta-
 commutationibus, tamq; uarijs si utemur; nec de-
 prehendetur manifesto quid à nobis de industria fiat,
 & occurreret satietati. Et quia non numero solum
 numerosa

numerosa



numerosa oratio, sed & compositione fit, & genere, quod ante dictum est, concinnitatis: compositione potest intelligi, cum ita structa uerba sunt, ut numerus non quaesitus, sed ipse secutus esse uideatur: ut apud Crassum: Nam ubi libido dominatur, innocentiae leue praesidium est. Ordo enim uerborum efficit numerum sine ulla aperta oratoris industria. itaque si quaeteres illi (Herodotum dico, & Thucydidem, totumq; eam aetatem) apte numeroseq; dixerunt, ea non numero quaesito, sed uerborum collocatione ceciderunt. formae uero quaedam sunt orationis, in quibus ea concinnitas inest, ut sequatur numerus necessaria. nam cum aut par pari refertur, aut contrarium contrario opponitur, aut quae similiter cadunt uerba uerbis comparantur; quidquid ita concluditur, pleneque fit ut numerose cadat. quo de genere cum exemplis supra diximus: ut haec quoque copia facultatem afferat, non semper eodem modo desinendi: nec tamen haec ita sunt arcta & astricta, ut ea, cum uerbum, laxare nequeamus. Multum interest, utrum numerosa sit, id est similis numerorum, an plane eumeris constet oratio. alterum si sit, intolerabile uisum est: alterum nisi sit, dissipata, & inculta, & inanis est oratio. Sed quoniam non modo non frequenter, uerum etiam raro in ueris causis, aut forensibus in scripte numeroseq; dicendum est: sequi uideamus: uideamus quae sint illa, quae supra dixi, in quibusque membra. haec enim in ueris causis maximam utilitatem orationis obtinent. Constat enim ille ambitus plena comprehensio e quatuor fere partibus, quae



O R A T O R .

membra dicimus , ut & aures impleat , & ne breuior
 sit quàm satis sit , nequè longior . quanquam utrun-
 que nonnunquam , uel potius saepe accidit , ut aut ci-
 tius insistendum sit , aut longius procedendum ; ne
 breuitas defraudasse aures uideatur , nèue longitudo
 obtudisse . sed habeo mediocritatis rationem . nec enim
 loquor de uersu ; & est liberior aliquanto oratio . Et
 quatuor igitur , quasi hexametrorum instar uersuum
 quod sit , constat fere plena comprehensio . His igitur
 singulis uersibus quasi nodi apparent continuationis ,
 quos in ambitu coniungimus . Sin membratim uolu-
 mus dicere , insistimus : idq; cum opus est , ab isto cur-
 su inuidioso facile nos & saepe diiungimus . Sed nihil
 tam debet esse numerosum , quàm hoc , quod minime
 apparet , et ualet plurimum . Ex hoc genere illud est
 Crassi : Missos faciant patronos , ipsi prodeant . Nisi
 interuallo dixisset , Ipsi prodeant ; sensisset profecto ef-
 fugisse senarium . omnino melius caderet , prodeant
 ipsi : sed de genere nunc disputo . Cur clandestinis
 consilijs nos oppugnant ? cur de perfugis nostris co-
 pias comparant contra nos ? Prima sunt illa duo , quae
 κόμματα Graeci uocant , nos incisa dicimus : deinde
 tertium : κῶλον illi , nos membrum . Sequitur non
 longa : ex duobus enim uersibus , id est membris , per-
 fecta comprehensio est , et in spondeos cadit . & Crassus
 quidem sic plerunque dicebat ; idq; ipse genus dicendi
 maxime probo . Sed quae incisim aut membratim effe-
 runtur , ea uel aptissime cadere debent , ut est apud
 me : Domus tibi deerat ? at habebas . pecunia superaba-
 bat ? at egebas . Haec incise dicta sunt quatuor : et



embratim quæ sequuntur duo: Incurristi amens
 columnas: in alienos insanus insanisti. Deinde om-
 ni tanquam crepidine quadam comprehensione lon-
 gere sustententur. Depressam, cecam, iacentem do-
 mum pluris, quàm te & quàm fortunas tuas, asti-
 sti. dichoreo finitur. at dispondeo proximum il-
 lum. nam in ijs, quibus ut pugiunculis uti oportet,
 uitas facit ipsa liberiores pedes. saepe enim singulis
 indium est, plerunque binis: & utrisque addi pedis
 potest: non fere ternis amplius. Incisim autem &
 embratim tractata oratio in ueris causis plurimum
 uet, maximeq; his locis, cum aut arguas, aut refel-
 lit: ut nostra in Corneliana secunda: O callidos ho-
 mines, o rem excogitatam, o ingenia metuenda.
 embratim adhuc, deinde cæsim diximus. rursus
 embratim: Testes dare uolumus. Extrema sequitur
 apprehensio, sed ex duobus membris, qua non potest
 breuior: Quem quæso nostrum fefellit, ita uos es-
 seturos? Nec ullum genus est dicendi aut melius,
 aut fortius, binis, aut ternis ferire uerbis, nonnun-
 quam singulis, paulo alias pluribus: inter quas ua-
 lidè clausulis interponit se raro numerosa comprehen-
 sionem quam peruerse fugiens Hegesias, dum ille quo-
 sitimitari Lysiam uale, aliterum pene Demosthenem
 imitaret, incidens particulas. & is quidem non minus
 in re peccat, quàm uerbis: ut non quaerere, quem
 uellet ineptum, qui illum cognouerit. Sed ego illa
 uelissimè, & nostra posui, ut, qui uellet, auribus ipsis,
 et numerosum etiam in minimis particulis oratio-
 nis esset, iudicaret. Et quoniam plura de numerosa



O R A T O R.

oratione diximus, quàm quisquam ante nos : nunc de eius generis utilitate dicemus. Nihil enim est aliud Brute, quod quidem tu minime omnium ignoras, pulchre & oratorie dicere, nisi optimis sententijs, uerbisq; lectissimis dicere. & nec sententia ulla est, quæ fructum oratori ferat, nisi apte exposita, atque absolute: nec uerborum lumen apparet, nisi diligenter collocatorum: & horum utrunque numerus illustrat; numerus autem (sæpe enim hoc testandum est) non modo non poetice iunctus, uerum etiam fugiens illum, eiq; omnium dissimillimus: non quin iidem sint numeri non modo oratorum & poetarum, uerum omnino loquentium, denique etiam sonantium omnium, quæ metiri auribus possumus: sed ordo pedum facit, ut id, quod pronunciat, aut orationis, aut poematis simile uideatur. Hanc igitur siue compositionem, siue perfectionem, siue numerum uocari placet, & adhibere necesse est, si ornate uelis dicere; non solum, quod ait Aristoteles, & Theophrastus, ne infinite feratur ut flumen oratio, quæ non aut spiritu pronunciantis, aut interductu librarij, sed numero coacta debet insistere; uerum etiam, quod multo maiorem habent apta uim, quàm soluta. ut enim athletas, nec multo secus gladiatores, uidemus nihil nec uitando facere caute, nec petendo uehementer, in quo non motus hic habeat palestram quandam; ut, quidquid in his rebus fiat utiliter ad pugnam, idem ad aspectum etiam sit uenustum: sic oratio nec plagam grauem facit, nisi petitio fuerit apta; nec satis recte declinat impetum, nisi etiam in cedendo, quid



ceat, intelligit. itaque qualis eorum motus; quos
 πάλαισις Græci uocant, talis horum mihi uidetur
 ratio, qui non claudunt numeris sententias: tan-
 tumq; abest, ut, quod ij, qui hoc aut magistrorum
 copia, aut ingenij tarditate, aut laboris fuga non
 me affecuti, solent dicere, eneruetur oratio compositi-
 one uerborum, ut aliter in ea nec impetus ullus, nec
 esse possit. sed magnam exercitationem res flagi-
 t, ne quid eorum, qui genus hoc secuti non tenuerunt,
 simile faciamus, ut uerba traiciamus aperte,
 non melius aut cadat, aut uoluatur oratio. quod se
 Cælius Antipater in proœmio belli Punici nisi ne-
 cuario facturum negat. O uirum simplicem, qui
 nihil celat; sapientem, qui seruendum necessita-
 putet. sed hic omnino rudis. nobis autem in scri-
 bendo, atque in dicendo necessitatis excusatio non
 datur. nihil est enim necesse: & si quid esset, id
 esse tamen non erat confiteri. Et hic quidem, qui
 à Lælio, ad quem scripsit, cui se purgat, ueniam
 petit; & utitur ea traiectione uerborum; & nihilo ta-
 ctius explet, concluditq; sententias. apud a-
 siaticam, & Asiaticos maxime numero seruientes,
 multa reperias inania quædam uerba, quasi com-
 plementa numerorum. Sunt etiam, quid illo uicio,
 ab Hegesia maxime fluxit, infringendis conci-
 sisq; numeris in quoddam genus abiectum inci-
 sicularum simillimum. Tertium est, in quo fue-
 runt illi Asiaticorum rhetorum principes Hie-
 ras, & Meneclæ, minime mea sententia contemnen-
 di enim à forma ueritatis, & ab Atticorum re-



gula absunt: tamen hoc vitium compensant uel facultate, uel copia: sed apud eos uarietas non erat; quòd omnia fere concludebantur uno modo. quæ uicia qui fugerit, ut neque uerbum ita traiciat, ut id de industria factum intelligatur, neque inferens uerba quasi rimas expleat; nec minutos numeros sequens concidat, delumbetq; sententias; nec sine ulla commutatione in eodem semper uersetur genere numerorum; is omnia fere uicia uitauerit. nam de laudibus multa diximus: quibus sunt alia perspicue uicia contraria. Quantum autem sit, apte dicere, experiri licet, si aut compositi oratoris bene structam collocationem dissoluas permutatione uerborum: corrumpatur enim tota res: ut hæc nostra in Corneliana.

» Et deinceps omnia: Neque me diuitiæ mouent, quibus omnes Africanos, Et Lælios multi uenaliu, mercatoresq; superarunt. Immuta paulum, ut sit, multi superarunt mercatores, uenaliuq; perierit tota res.

» Et quæ sequuntur: Neque uestis, aut calatum aurum, Et argentum, quo nostros ueteres Marcellos Maximosq; multi eunuchi è Syria, Aegyptoq; uicerunt. Verba permuta sic, ut sit, Vicerunt eunuchi è Syria, Aegyptoq;. Adde tertium: Neque ornamenta ista uillarum, quibus L. Paulum, Et L. Mumium, qui rebus his urbem Italiamq; omnem referunt, ab aliquo uideo perfacile Deliacò, aut Syro potuisse superari. Fac ita, potuisse superari ab aliquo Syro aut Deliacò: uides ne, ut, ordine uerborum paulum commutato, isdem uerbis stante sententia ad nihilum omnia recidant, cum sint ex aptis dispo-



luta? aut, si alicuius inconditi arripias dissipatam aliquam sententiam, eamq; ordine uerborum paulum commutato in quadrum redigas, efficiatur aptum illud, quod fuerit antea diffluens ac solutum? Age, sume de Gracchi apud Censores illud, Abesse non potest, quin eiusdem hominis sit probos improbare, qui improbos probet. Quanto aptius, si ita dixisset, quin eiusdem hominis sit, qui improbos probet, probos improbare. Hoc modo dicere nemo unquam uoluit, nemoq; potuit, quin dixerit. qui autem aliter dixerunt, hoc assequi non potuerunt: ita facti sunt repente Attici. quasi uero Trallianus fuerit Demosthenes. cuius non tam uibrarent fulmina illa, nisi numeris contorta ferrentur. sed si quos magis delectant soluta, sequantur ea sane, modo sic, ut si quis Phidiae clypeum dissoluerit, collocationis uniuersam speciem sustulerit, non singulorum operum uenustatem: ut in Thucydide orbem modo orationis desidero, ornamenta component. isti autem cum dissoluant orationem, in qua res, nec uerbum ullum est, nisi abiectum, non clypeum, sed, ut in prouerbio est, (etsi humilius dictum est, tamen simile est) scopas, ut ita dicam, mihi uidentur dissoluere. atque ut plane genus hoc, quod ego laudo, contempsisse uideantur, aut scribant aliquid uel Isocrateo more, uel quo Aeschines, aut Demostenes utitur: tum illos existimabo. non desperatione contempsisse genus hoc, sed iudicio refugisse: aut reprobam ipse, eadem conditione qui uiti uelit, ut aut dicitur aut scribat, utra uoles lingua, eo genere, quo illi utuntur. facilius est enim apta dissoluere, quam dissipa-



O R A T O R.

ea connectere. Res autem se sic habet: (ut breuissime dicam, quod sentio) compositae, & apte, sine sententijs dicere, insania est: sententiose autem, sine uerborum & ordine, & modo, infantia, sed eiusmodi tamen infantia, ut, ea qui utantur, non stulti homines haberi possint, etiam plerunque prudentes: quo qui est contentus, utatur. Eloquens uero, qui non approbationes solum, sed admirationes, clamores, plausus, si liceat, mouere debet, omnibus oportet ita rebus excellat, ut ei turpe sit quidquam aut spectari, aut audiri libentius. Habes meum de oratore Brute iudicium: quod aut sequere, si probaueris; aut tuo stabis, si aliud quoddam est tuum. in quo neque pugnabo tecum; neque hoc meum, de quo tantopere hoc libro asseueravi, unquam affirmabo esse uerius, quam tuum. potest enim non solum aliud mihi ac tibi, sed mihi ipsi aliud aliud uideri. nec in hac modo re, quae ad uulgi assensum spectat, & ad aurium uoluptatem, quae duo sunt ad iudicandum leuissima; sed ne in maximis quidem rebus quidquam adhuc inueni, firmitus quod tenerem, aut quò iudicium meum dirigerem, quam id, quodcumque mihi quam simillimum ueri uideretur, cum ipsum illud uerum in occulto lateret. Tu autem uelim, si tibi ea, quae disputata sunt, minus probabuntur, ut aut maius opus institutum putes, quam effici potuerit, aut, dum tibi roganti uoluerim obsequi, uerecundis negandi scribendi me impudenciam suscepisse.



M. TULLII CICERONIS
DE OPTIMO GENERE
ORATORVM.

RATORVM genera esse dicuntur tanquam poetarum. id secus est. nam alterum est multiplex. poematis enim tragici, comici, epici, melici etiam ac dithyrambici, quod magis est tractatum à Latinis, suum cuiusque est diuersum à reliquis. itaque & in tragœdia comicum uiciosum est, & in comœdia turpe tragicum: & in cæteris suus est cuiusque certus sonus, & quædam intelligentibus nouox. Oratorum autem si quis ita numerat plura genera, ut alios grandes, aut graues, aut copiosos, alios tenues, aut subtiles, aut breues, alios eis interiecos & tanquam medios putet; de hominibus dicet aliquid, de re parum. in re enim, quod optimum sit, ueritur: in homine dicitur, quod est. itaque licet, cetero & Ennium summum epicum poetam, si cui ita detur, & Pacuuium tragicum, & Cecilium fortasse comicum. Oratorem genere non diuido: perfectum inuenio. Vnum est autem genus perfecti: à quo qui absunt, non genere differunt, ut ab Actio Terentius, sed in eodem non sunt pares. optimus est enim orator, qui dicendo animos audientium et docet, & delectat, & permouet. Docere, debitum est; delectare, honorem; permouere, necessarium. hæc ut alius melius quam alius, concedendum est: uerum id sit non genere sed gradu. optimum quidem unum est. & proximum quod ei simillimum: ex quo perspicuum est,



DE OPT. GEN. ORAT.

quod optimo dissimillimum sit, id esse deterrimum. nam quoniam eloquentia constat ex uerbis & sententijs; perficiendum est ut pure & emendate loquentes, quod est Latine, uerborum præterea & propriorum, et translatorum elegantiam persequamur; in proprijs, ut aptissima eligamus; in translatis, ut similitudinem secuti uerecunde utamur alienis. Sententiarum autem totidem genera sunt, quot diximus esse laudum: sunt enim docendi, acutæ; delectandi, quasi argutæ; commouendi, graues. Sed & uerborum est structura quædam duas res efficiens, numerum, & lenitatem: & sententiæ suam compositionem habent ad probandam rem accommodatum ordinem: sed earum omnium rerum, ut ædificiorum, memoria est quasi fundamentum, lumen actio. Ea igitur omnia in quo summa, erit orator peritissimus; in quo media, mediocris; in quo minima, deterrimus. & appellabuntur omnes oratores, ut pictores appellantur etiam mali: nec generibus inter sese, sed facultatibus different. itaque nemo est orator, qui se Demosthenis similem esse nolit: at Menander Homeri noluit: genus enim erat aliud. id non est in oratoribus: aut, etiam si est, ut alius grauitatem sequens, subtilitatem fugiat; contra, alius acutiorem se quàm ornatiorem uelit; etiam si est in genere tolerabili, certe non est in optimo: si quidem, quod omnes laudes habet, id est optimum. Hæc dici breuius equidem, quàm res petebat: sed ad id, quod agimus, non fuit dicendum pluribus. Vnum enim cum sit genus; id, quale sit, quærimus, est autem tale, quale floruit Athenis; ex quo Atticorum oratorum



ipsa uis ignota est, nota gloria. nam alterum multi
 uiderunt, uitiosi nihil apud eos: alterum pauci, lau-
 dabilia esse multa. Est enim uitiosum in sententia, si
 quid absurdum, aut alienum, aut non acutum, aut
 subinsulsus est. In uerbis, si inquinatum, si abie-
 ctum, si non aptum, si durum, si longe petatum. Hoc
 uitauerunt fere omnes, qui aut Attici numerantur,
 aut dicunt Attice: sed, quatenus uoluerunt, sani et
 sicuti duntaxat habeantur, sed ita, ut palaestricæ spa-
 tiari in xysto ut liceat, non ab Olympijs coronam pe-
 tant. qui cum careant omni uitio, non sunt contenti
 quasi bona ualitudine, sed uires, licertos, sanguinem
 quarunt, quandam etiam suauitatem coloris. eos imi-
 temur, si possumus: sin minus, illos potius, qui in-
 corrupta sanitate sunt, quod est proprium Attico-
 rum, quam eos, quorum uitiosa abundantia est, qua-
 deus Asia multos tulit. quod cum faceremus, (si modo
 id ipsum assequemur: est enim permagnus) imite-
 mur, si poterimus, Lysiam, et eius quidem tenuita-
 tem potissimum. est enim multis in locis grandior:
 sed quia et priuatus ille plerasque, et eas ipsas alij, et
 causarum rerum causas scripsit; uidetur esse icui-
 uior; quoniam se ipse consulto ad minutarum gene-
 ra causarum limauerat. quod qui ita faciet, ut, si cu-
 riat uberius esse, non possit: habeatur sane orator,
 sed de minoribus. magno autem oratori etiam illo
 modo saepe dicendum est in tali genere causarum. ite-
 re, ut Demosthenes certe possit summissè dicere, etate
 Lysias fortasse non possit. Sed si eodem modo putant,
 exercitum in foro, et in omnibus templis, quæ circum-



DE OPT. GEN. ORAT.

forum sunt, collocato, dici pro Milone decessisse, ut si de re priuata ad unum iudicem diceremus; uim eloquentia sua facultate, non rei natura metiuntur. Quare quoniam nonnullorum sermo iam increbuit, partim se ipsos Attice dicere, partim neminem nostrum dicere: alteros negligamus. satis enim his res ipsa respondet; cum aut non adhibeantur ad causas, aut adhibiti derideantur: nam si arrideantur, esset id ipsum Atticorum. sed qui dici à nobis Atticomore nolunt, ipsi autem se non oratores esse profiterentur: si teretes aures habent, intelligensq; iudicium, tanquam ad picturam probandam adhibentur etiam inscijs faciendi cum aliqua solertia iudicandi. sin autem intelligentiam ponunt in audiendi fastidio, neque eos quidquam excelsum magnificumq; delectat: dicant se subtile quiddam & politum uelle, graue ornatumq; contemnere: id uero desinant dicere, qui subtiliter dicunt, eos solos Attice dicere, id est quasi sic, & integre. at ample, & ornate, & copiose, cum eadem integritate, Atticorum est. quid dubium est, utrum orationem nostram tolerabilem tantum, an etiam admirabilem esse cupiamus? non enim iam quærimus, quid sit Attice, sed quid sit optime dicere. ex quo intelligitur, quoniam Græcorum oratorum præstantissimi sunt ij, qui fuerunt Athenis, eorum autem princeps facile Demosthenes; hunc si quis imitetur, tum & Attice dicturum, & optime: ut, quoniam Attici nobis propositi sunt ad imitandum, bene dicere id sit Attice dicere. Sed cum in eo magnus error esset, quale esset id dicendi genus;



putavi mihi suscipiendum: laborem utilem studiosis,
 mihi quidem ipsi non necessarium. conuerti enim ex
 Atticis duorum eloquentissimorum nobilissimas ora-
 ones inter se contrarias, Aeschinis, Demosthenisq;:
 nec conuerti ut interpretes, sed ut orator, sententijs
 eisdem, & earum formis tanquam figuris, uerbis
 ad nostram consuetudinem aptis: in quibus non uer-
 bum pro uerbo necesse habui reddere, sed genus om-
 nium uerborum, nimiq; seruaui: non enim ea me
 enumerare lectori putavi oportere, sed tanquam
 suspendere. hic labor meus hoc assequetur, ut nostri
 homines, quid ab illis exigant, qui se Atticos uolunt,
 ad quam eos quasi formulam dicendi reuocent,
 intelligant. Sed exoritur Thucydides: eius enim
 uisam eloquentiam admirantur: id quidem recte,
 nihil ad eum oratorem, quem quaerimus. aliud est
 eum, explicare res gestas narrando; aliud, argumen-
 tando criminari, crimen ue dissoluere; aliud, nar-
 ratione tenere auditorem, aliud, concitare. At lo-
 quitur pulchre. num melius, quam Plato? necesse
 non est oratori, quem quaerimus, controuersias
 explicare forenses dicendi genere apto ad docendum,
 delectandum, ad permouendum. quare si quis
 , qui Thucydidio genere causas in foro dicturum
 profiteatur; is abhorreat etiam a suspitione e-
 qua uersatur in re ciuili & forensi: qui Thu-
 cidem laudabit, ascribat suae nostrae senten-
 tiae. Quin ipsum Isocratem, quem diuinus au-
 gustus Plato suum fere aequalm admirabiliter in Pha-
 edo laudari fecit a Socrate, quemq; omnes docti



DE OPT. GEN. ORAT. 7

summum oratorem esse dixerunt, tamen hoc in numero non repono. non enim in acie uersatur, & ferro, sed quasi rudibus eius eludit oratio. A me autem (ut cum maximis minima conferam) gladiatorum par nobilissimum inducitur. Aeschines, tanquam Aeserninus, ut ait Lucilius,
 Non spurcus homo, sed doctus, & acer;
 Cum Pacidiano hic componitur, optimus longe
 Post homines natos.

nihil enim illo oratore arbitror cogitari posse diuinius. Huic labori nostro duo genera reprehensorum opponuntur: unum hoc: Verum melius Graeci. à quo quaeratur, ecquid possit ipse melius Latine? alterum, Quid istas potius legam, quam Graecas? Iidem Andriam & Synephebos, nec minus Terentium, & Cacilium, quam Menandrum legunt: nec Andromacham aut Antiopam aut Epigonos Latinos recipiant, sed tamen Ennium & Pacuuium, & Accium potius, quam Euripidem & Sophoclem, legunt. Quod igitur est eorum in orationibus è Graeco conuersis fastidium, nullum cum sit in uersibus? Sed aggrediamur iam quod suscipimus; si prius exposuerimus, quae causa in iudicium deducta sit. Cum esset lex Athenis, ne quis populi scitum faceret, ut quisquam corona donaretur in magistratu prius, quam rationes retulisset; & altera lex, eos, qui à populo donarentur, in concione donari debere; quia in senatu Demosthenes curator muris reficiendis fuit, eosque refecit pecunia sua: de hoc igitur Ctesiphon scitum fecit, nullis ab ipso rationibus relatis, ut corona aurea donaretur; eaque donatio fieret in thea-



p, populo conuocato, qui locus non est concionis legi-
 nae; atque ita praedicaretur, eum donari uirtutis er-
 beneuolentiaq; , quam erga populum Atheniensem
 beret. hunc igitur Ctesiphontem in iudicium addu-
 Aeschines, quod contra leges scripsisset, ut & ra-
 nibus non relatis corona donaretur, & ut in thea-
 , & quod de uirtute eius, & beneuolentia falsa
 ipsisset; quoniam Demosthenes nec uir bonus esset,
 bene meritis de ciuitate. Causa ipsa abhorret illa
 idem à formula consuetudinis nostrae, sed est ma-
 i: habet enim & legum interpretationem satis a-
 iam in utranque partem, & meritorum in remp.
 tionem sane grauem. itaque causa fuit Aeschi
 quoniam ipse à Demosthene esset capitis accusa-
 quod legationem euentus esset, ut ulciscendi ini-
 causa nomine Ctesiphontis iudicium fieret de fa-
 fama q; Demosthenis. non enim tam multa dixit
 tionibus non relatis, quam de eo, quod ciuis im-
 uis ut optimus laudatus esset. Hanc multa Aes-
 pes à Ctesiphonte petijt quadriennio ante Philip-
 aedonis mortem: sed iudicium factum est ali-
 annis post, Alexandro iam Asiam tenente: ad
 iudicium concursus dicitur è tota Graecia fa-
 esse. quid enim aut tam uisendum, aut audien-
 fuit, quam summorum oratorum in grauissi-
 ausa accurata, & inimicitijs incensa contentio?
 um ego orationes si, ut spero, ita expressero, uir-
 us utens illorum omnibus, id est seruicijs, & ea-
 figurus, & rerum ordine, uerba persequens ea-
 , ut ea non abhorreant à more nostro: (qua si



DE OPT. GEN. ORAT.

è Græcis omnia conuersa non erunt, tamen, ut generis eiusdem sint, elaborauimus) erit regula, ad quam eorum dirigantur orationes, qui Attice uolunt dicere. sed de nobis satis. aliquando enim Aeschinem ipsum Latine dicentem audiamus.


R E G I S T R V M

ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ
AA BB CC DD EE FF GG HH.

Omnes sunt quaterniones.



ANNOTATIONES, SEV
EMENDATIONVM RATIONES
DIONYSII LAMBINI
MONSTROLIENSIS
IN LIBRVM I.
DE ORAT. AD Q. FRATREM.



EX BIBLIOTHECA ALDINA.

VENETIIS, M. D. LXIX.



ANNOTATIONES D. LAMBINI
MONSROLIENSIS IN LIB. I.
DE ORATORE AD
Q. FRATREM.

P. 5. L. 14.



C F V I T quidem tempus]
Quidam legendum putant, Ac
fuit quondam. l. 16. ad præcla-
ra studia referēdi fore, iustū &c.]
post uerbum, fore, distinctionis
uirgula apponenda est. hic enim
ordo uerborum est: Ac fuit quidem tempus, cum ar-
rarer fore mihi initium requiescendi, atque animum
ueriusque, &c. iustum & prope ab omnibus con-
tum. l. 18. Si finitus rerum forensium labor, &c.]
est si quando rerum forensium labor, & ambitionis
cupatio finita, id est terminata decursu honorum, id
adeptione omnium honorum, constitisset, id est re-
fissa; & perducta ad calcem esset, etiam ætatis fle-
xus, id est etiam ineunte senectute, uel ætate ad senectū-
tem præcipitata: & ita mihi in reliqua ætate iam affe-
ctus quiescere licuisset. Totus autem sermo allegoria
ornatus est, ducta à certaminibus Circensibus. sic
ut loquuntur Latini, decurrere spatium & ita Lu-
cius lib. 4. spatium decurrere amoris: & decur-
re ætatem apud Terentium, Plautum, M. Tullium.
flexus ætatis significat unius ætatis exitum, & al-

A ij



ANNOT. IN LIB. I.

terius initium, translatione sumpta ab illis flexibus, qui fiebant à quadrigis circum metas: quos flexus Graeci καμπτήρες appellant. Sic idem M. Tullius in oratione pro Caelio flexum ætatis appellat extremam adolescentiam, & initium corroborata & constantis ætatis. finitus autem reposui reclamantibus libris omnibus, ratione ipsa flagitante. l. 24. maxima moles molestiarum] sic habent tres libri manuscripti. moles molestiarum autem translatio est. sic molem mali dixit Catilina III. & invidia molem. Idem M. Tull. ex quodam poeta lib. 4. Tuscul. quæst. de Thyeste & Atreo. Maior mihi moles, maius miscendum malum.

P. 5: L. 26.

In summos homines] à quibusdam codicibus manuscriptis abest præpositio in l. 28. in omnibus actibus] duo libri manuscripti habent, in omnibus rebus.

P. 6. L. 9.

Consilio ac sapientia] in quibusdam libris manuscriptis scriptum est, consilio ac sententia. l. 19. quamq; multi. sic facillime] sic hunc locum restituui ex auctoritate unius libri manuscripti multo optimi, qui in vulgatis ita legitur, quamque multi sunt. facillimè, &c. l. 29. uel differendi ratione] liber unus manuscriptus habet, uel describendi ratione.

P. 6: L. 6:

Quis musicis] quidam liber manuscr. habet, Quis musicus &c. quem non sequor.

P. 7. L. 3.

Nulla unquam uehementius quam] hoc totum abest ab uno codice manuscripto, in eoq; ita legitur hic lo-



ius : in hac ipsa ciuitate profecto eloquentiæ studia uiguerunt . ab alio abest uox profecto . l. 14. di-
tendi studio flagrauerunt .] quidam docti existimant le-
endum esse , discendi studio . Eadem lon. excitabat
os magnitudo] quidam doctissimi uiri legendum cen-
ent , Excipiebat eos .

P. 7: L. 7.

Non solum electione] duo libri manuscripti ha-
ent , non solum lectione ,

P. 9. L. 10.

Vt dies inter eos curiæ fuisse uideretur] id est con-
uiuium , Tusculani , uideretur fuisse dies , quo curia-
s una epulantur . Quidam aliter hunc locum intelli-
unt , sic distinguentes : ut dies inter eos , curiæ fuisse
ideretur : conuiuium , Tusculani .

P. 10: L. 14.

sed ut reliqua prætermittam] legendum fortasse est,
ed ut reliquos . l. 24. uel doctrinæ præsidij] liber
nus manuscriptus habet , uel doctrinæ uiribus . l.
7. remp. dissipauerunt] liber unus manuscrip. habet
ispreuerunt : unde quidam uiri docti coniiciunt le-
ndum esse , dispararunt : quod ualeet disiunxerunt,
issoluerunt , κατέλυσαν , δ' ἐλύσαν .

P. 11. L. 4.

Equidem & Ser. Galbam] sic legendum , non Ser-
um : quod mendium miror non solum irrepisse in
erasque codices uulgatos , uerum etiam à quibusdam,
si habentur docti, defendi ac probari . Galbæ enim erāt
ulpiciæ gentis : et Galbæ omnes sunt Sulpicij . Hic igitur
uonimine Seruius est , nomine Sulpicius , cognomine



ANNOT. IN LIB. I.

Galba. At Sergius nomen est gentile. non possunt ergo Galbæ dici Sergij. nemo enim ciuis Romanus duobus nominibus gentilibus appellari potest, quemadmodum neq; duarum gentium esse. legendum igitur est hoc loco Ser. id est Seruiū Galbam, et item alijs in locis. l. 6. quem tu adolescentulus perculisti] sic legendum, non perpulisti, & ita habent libri manuscripti perculisti autem, id est peruertisti, euertisti: de quo uerbo nos plura in commentarijs Horatianis. l. 13. in omni sermone] sic habent aliquot libri manuscripti. & ita legi debet, non ut in uulgatis, in omni sermonis disputatione. l. 15. multisq; præissem] sic habent duo libri manuscripti: & ita legendum. sic idem pro Milone: qui hesternæ etiam contione incitati sunt, ut uobis uoce præirent, quid iudicaretis. l. 16. ex iure manum confertum uocarent] Latine dicimus, manum, non manu conferere. manum confertum igitur scribi debet, non manu confertum. l. 19. cæteri; in suo genere physici; uindicarentq;] libri duo ueteres habent, cæteri;que suo iure physici uindicarent, ornati homines, &c. quos sequi malim. l. 30. id te ipsum scire negaret] sic legendum, non negare cogere, ut est in multis uulgatis. negant enim Academici quicquam sciri posse. in quos præclare distinet Lucretius lib. 4.

P. II: L. 4.

Vincerent oportere] nihil inuito, quamuis duo libri uet. habeant, dicerent oportere. eleganter enim possum uincerent, pro argumentis expugnarent, probarent: quo sæpe Lucretius & Horatius utuntur, quem



admodum in nostris in utrunque commentarijs admo-
nuimus. l. 15. tua plurimum ualeat] ante uocem, tua,
libri uulgati habent, ad persuadendum: quod in libris
manuscriptis non reperi. retinere tamen licet, si quis
hoc malit. ego malim abesse.

P. 12. L. 17.

Sine multa pertractatione rerum publicarum,] uo-
cem omnium, quæ abest à tribus libris manuscri-
ptis, sustuli.

P. 12: L. 14.

Ex arte aliena] sic habent libri tres manuscripti,
quos secutus sum.

P. 13. L. 7.

Maximam uim existere] sic omnes quidem habent
libri: sed legendum uidetur, consistere: nisi dicamus
non hoc dici à Cicer. maximam uim oratoris in homi-
um mentibus, &c. sitam esse: sed maximam uim ora-
oris extare, enitere, elucere in hominum mentibus, &c.
non celabo autem lectorem, in duobus libris manuscri-
ptis legi: Quis enim nescit maxime uim, &c.
nullo post ubi uulgo legitur, Quæ nisi qui natu-
as, &c. Io: Passeratij uiri docti & ingeniosi conie-
tura approbata, reposui: Quare nisi: quomodo si-
e dubio est legendum.

P. 13: L. 1.

De communi ciuium, de hominum, de gentium] ab
eo libro manuscripto abest uox, gentium: sed ego pu-
m potius delendum, de hominum, si quid delen-
um sit. l. 9. tenui quodam, ex sanguiq: sermone] sic
libet optimus codex manuscrip. quæ scriptura. meo iudi-



ANNOT.^o IN LIB. I.

cio recta, & uera est. l. eadem, grauitate & iucunditate] quidam legendum censent grauitate & facunditate. l. 16. de legibus instituendis] In uno codice manuscripto legitur, de legibus tuendis. l. 18. de iure ciuium generatim, &c. descripto.] legendum fortasse est, de iure ciuium, &c. descriptorum. l. 23. uel nostri decemuiros] nostri, idest Latini. uel nostri enim opponitur, illi, uel Græci.

P. 14. L. 23.

Ad oratoris ei confugiendum est, &c.] in tribus libris manuscriptis post illa uerba, ad oratoris ei confugiendum est, sequitur deinceps, tanquam ad architecti. quæ ego non puto esse Ciceronis. apparet enim esse ab eo loco, qui statim sequitur, huc esse à librarijs temere translata.

P. 15. L. 11.

In tres partes est distributa] duo libri habent, in treis parteis est tributa.

P. 16. L. 11.

Ornatissima orationis] legendum fortasse est, orandæ orationis.

P. 16: L. 26.

Pro se quisque eorum, &c.] hic locus uaria scriptus est in codicibus manuscrip. alij enim sic habent, pro se quisque eorum, quantum quisque poterat. alij sic, pro se quisque, quantum quisque poterat: alij sic, pro se quæ quisque poterat. alij, pro se quisque eorum, ut quisque poterat: quam scripturam secuti sumus.



P. 17: L. 10.

Quam sibi asciscerent] quidam libri manuscripti, habent, quam sibi ascriberent.

P. 18. L. 5.

In eam partem ferebatur oratione] quidam liber manuscrip. habet, ferebat orationem .l.8. & blandiri suppliciter] cum uiderem ita esse in alijs libris uulgaris, blandiri, & suppliciter insinuare: in alijs, blandiri, & subtiliter insinuare, &c. in manuscr. autem alijs non esse uerbum insinuare, ut neque in uulgatis Florentinis & Venetis, in alijs ita scriptum esse, & blandiri suppliciter & subtiliter insinuare: ego suspicatus hoc totum subtiliter insinuare, est inculcatum uel ab arrogante aliquo, uel à librario, deleui. si quis tamen retinere uolce, non pugnat, dummodo blandiri suppliciter legat, non blandiri subtiliter. l. 25. Me in illo numero] hæc uerba, in illo numero, delenda censeo. sunt enim ab aliquo addita, qui non uidebat, aut non intelligebat uerbum, quod antecedit, in quibus, id est in quorum numero.

P. 18: L. 5.

Non planè tenerent] liber unus manuscrip. habet, non planè cernerent. l. 12. Quibus dicere Carades solebat] docti quidam legendum censent, qui uerba adiiicere: quibus assentior: ijdem superiore pag. uer. 21. ubi uulgo legitur, Excitabatur homo promptus, legi uolunt, Excipiebatur homo promptus: quod magnopere probo. l. 26. antequàm ad ceterum ingressi sumus] duo libri manuscrip.



ANNOT. IN LIB. I.

habent, ad discendum ingressi sumus: uulgati, ad dicendum. quos non sumus secuti. nam quomodo quisquam ambitione & foro obrui potest, antequam ad dicendum ingrediatur?

P. 19. L. 5.

Maiore opera dederit] duo libri manuscrip. non habent maiore opera. quidam docti legendum censent, maiore opere, ut dicimus magnopere, seu magno opere, pro ualde, non magna opera. & infra uer. 22. legendum puto, cum ab eo nunquam discederem.

P. 19: L. 23.

Ut in cretionibus scribi solet] cum in alijs libris manuscriptis reperissem scriptum certionibus, in alijs, Crassi orationibus, in alijs, certioribus, ego cretionibus reposui, presertim cum meminissem iam pridem ita à Fr. Duareno esse emendatum. Est autem cretio, ut docet Vlpianus, certorum dierum spatium, quod datur heredi ad deliberandum uerum expediat dire hereditatem, nec ne: ueluti Titius heres esto, cernisq; hereditatem in diebus centum proximis, quibus scelerit, poterisq;, nisi ita creuerit, ex heres esto.

P. 20: L. 3.

Cuius uestigia persequi cupiunt, &c.] sic restitutus deleto, qui, post uocem, uestigia.

P. 22: L. 3.

Dignum re] hæc absunt à duobus codicibus manuscrip.

P. 23. L. 4.

Ceterarum homines artium] liber manuscrip.



habet, quod cæterarum, &c.

P. 23: L. 24.

Nisi perfecte] duo libri manuscripti habent, nisi perfectum.

P. 24: L. 20.

Exponam vobis non quandam perreconditam] legendum mihi videtur, quandam non perreconditam.

P. 25. L. 21.

A sententia scriptum dissideat.] quidam liber manuscrip. habet, dissentiat.

P. 26. L. 11.

Sed ijs, qui ingrediuntur in stadium] sic restitutus codicem manuscrip. longè optimum. Translatio autem est, seu potius allegoria à cursoribus.

P. 26: L. 28.

Cum remiges sustinuerunt] sic esse legendum licet intelligere cum ex hoc ipso loco, tum ex illo, qui est lib. 3. epist. ad Atticum. inter se comparatis. retinet (inquit) ipsa navis motum & cursum suum intermissis impetu, cum remiges sustinuerunt. Atqui cum remiges inhibent, non sustinent, sed alio modo regunt, ut ait in epist. illa ad Attic. ibi, Inhibere illud tuum, quod valde mihi arriserat, vehementissime displicet, &c. volebat scilicet Atticus legi in loco inhibuerunt: idq; probat initio Marc. Tullius. post cum ad villam suam navis appulsa didicisset, remiges, cum inhibere essent iussi, non sustinere remos, sed alio modo remigare, à sententia posteriore, cuius auctor Atticus, desinit, & in priore mansit: atque



ANNOT. IN LIB. I.

ita scripsit ad Atticum se uelle esse in libro, nempe quemadmodum fuit. Atque haec cum primus animaduertisset Io: Passeratius, mecum communicauit, ego probaui. scripserat autem primo sustinuerunt, non inhibuerunt.

P. 27: L. 17.

Eliciendum atque dicendum] quidam libri manuscripti habent, eliciendum atque dicendum. quidam eliciendum, dumtaxat: quidam eligendum, atque eliciendum. nos primam illam scripturam secuti sumus. uerumtamen ut libere, quod de hoc loco sentio, dicam, ego sic prae legendum: quod probabile uideri possit, eliciendū. Perdiscendum, &c. l. 20. libandus est etiam, &c. Dissimulare non possum me in quatuor libris manuscrip. reperisse, scriptum, liberandus. quod deprauatum esse suspicor & recto librandus. Librandus autem (si quidem uera est scriptura. nihil enim affirmo) positum uidetur esse pro eo quod est, delibrandus, id est decerpendus.

P. 28. L. 11.

Constrictis ac reconditis] sic reposui libris omnibus reclamantibus, ueritate ipsa flagitante. nam quae sunt constructa, sunt ordine posita, & suo loco collocata. ac Scaeuula peti uult à Crasso, ut quae coarctauit, ac per anguste referret in oratione, ea dilaret, atque explicet, & propalam colloce. non igitur erant constructa, sed constricta, & compressa, quae nunc uult explicari & dilatari. Sic etiam infra legendum, constrictum uno in loco. cui opponitur dilatatum atque explication. l. 24. Quasi per tres-



transennam prætereuntes] nihil mutò, præsertim cum No-
 tius Marcellus hunc locum his uerbis testem produ-
 cit in uoce transenna . sed tamen non calabo.lecto-
 rem, me ita scriptum reperisse in duobus codicibus ma-
 nuscrip. quasi nauem prætereuntem strictim aspe-
 ximus.

P. 28: L. I.

Sed tu nobis hoc da Scæuula] liber unus manuscrip.
 Ilericanus habet, Sed tu hanc nobis ueniam Scæ-
 uula: ut fortasse addendum sit, da: ut sit, da ue-
 niam.

P. 29. L. 26.

Nec exceptione excluderetur, quòd ea res in iudi-
 cium antea uenisset] sic legendum, non cum nega-
 tione, non uenisset. hæc enim erat exceptio, qua
 utebatur interdum is, unde petebatur: Ni ea res iam
 antea in iudicium uenit. quæ exceptio hac rur-
 sum exceptione repellebatur: recte exciperes, Si ea
 res à me petita esset, cuius rei dies fuisset, seu
 uenisset.

P. 30. L. 29.

Testamento exheres filius?] hæc absunt ab uno co-
 dice manuscrip. Et sanè uidentur esse aliunde inuecta.
 enim filius non fuit testamento exheres aut heres
 testatus, sed præteritus. Quod si quis dicat uocem, te-
 stamento, duntaxat esse delendam, ceteras duas reti-
 neri posse, non pugnabo.

P. 30: L. II.

[In exsulum uenisset] scribendum esse exsulum;
 u. exsilium, ueritas & ratio peruincunt. ex-



Fulium enim ab exsule. exsul autem à solo dictus est, quasi de solo patriæ suæ pulsus, ut docet Festus. ibidem, quasi patronum] in uno codice manuscripto, non est quasi. l. 26. cum ædeus L. Fusio] sic legendum uel repugnantibus libris omnibus. nulla enim gens est Fusia. ac Fusius debet esse nomen gentile, non familia, id est nomen, non cognomen. non est autem cognomen: multo minus est prænomen. neque ulli unquam ciues Romani Fusij gentili nomine dicti sunt. relinquitur ut Fusio hoc loco scribendum sit. nisi quis dicat legi posse L. Fusio. Nam Fusius cognomen est Romanum: sed non celabo lectorem leue quiddam, infra proximo uersu tibi, Fusius autem, à quibusdam codicibus abesse, autem: in alijs scriptum uero, pro autem. unde cuius conijcere licet legendum, Fusius simul atque &c. sine alterutra harum particularum. Ne illud quidem dissimulabo, supra in uno codice manuscripto me scriptum reperisse, M. Bubulcus, & infra Bubulco, & Bubulcio. Bubulcus autem cognomen fuit Romanum.

P. 32. L. 7.

Castigenus etiam segnitiam hominum, &c.] Nonius Marcellus legit hoc loco segnitatem non segnitiam, aut segnitiam.

P. 33. L. 5.

Repleri ista iuris ciuiliis scientia] sic habent plerique libri uulgati, quibus cum consentiunt aliquot manuscrip. alij habent, replere istam iuris ciuiliis scientiam. & ita Parisienses à Carolo Stephano editi, & Veneti à Iunta impressi, & duo item manuscrip. l. 9. cum ab hoc discesseris] nihil mutò, quamuis duobus



manuscrip. habeant, discesseritis.

P. 34. L. 18.

Dignitatem reperissent] quidam liber manuscrip. habet peperissent. ego tamen nihil mutō. ita enim pro modum Terentius locutus est Heautont. atque ibi simul rem & gloriam armis belli repperit.

P. 34: L. 1.

Vnde sibi, si non] in his uerbis hic inclusus est uer Ennianus, unde sibi populi, & reges consilium expetunt. l. 28. tamen esse deus putaretur] uel quid deest post uocem deus: ut parens, uel auctor, quippiam simile: uel repetendum ἀπὸ κοινοῦ an- tes: uel legendum à deo data putaretur: uel ita hæc sunt explicanda, tamen ea ars esse deus putaretur: quod placet Aurato. supra autem non longe ubi est, pro matorem, docti quidam legendum censent clama- rem, qua uoce iam ante usus est.

P. 35. L. 1.

Non tam caduceo] Caduceum à Græco nomine κυκεῖον ortum esse constat, conuerso (ut uolunt) ῥ. sed docti quidam uiri caruccum Latine scriben- tes existimant. P. 37: L. 10.

Duodecim scriptis] sic legendum, & ita habens libri manuscrip. est autem scriptus lapis seu calcu- lus ut docet Pompeius Festus, quo utebantur ueteres hoc ludi genere. usurpat idem nomen iterum M. ius in Hortensio, quem locum refert Nonius Mar- s. Itaque tibi concedo quod in XII scriptis minus, ut calculum reducas, si te alicuius dati- ficet.



ANNOT. IN LIB. I.

P. 38: L. 6.

Ita peragrat animos hominum] sic legendum pu-
to, peragrat animos hominum, deleto per.

P. 39. L. 24.

Regendi sui potestatem, quasi habenas] delendum
censeo uocem potestatem. est enim hic εἰκόν.

P. 39: L. 19.

Neque uero hoc solum dixi] Hunc Rutilium accu-
savit Apicius, homo nequissimus ac luxuriosissimus, uē-
risq; uitio contaminatissimus, ut refert Athen. lib. 4.

P. 40: L. 22.

Indotata esse, atque in comitata] docti quidam
hoc totum, atque in comitata, putant esse alienum,
non Ciceronis.

P. 41. L. 2.

Et clarissimi ciues ei studio etiam hodie praesunt] duo
libri manuscripti habent, & clarissimi ciues ei stu-
dio & semper praesuerunt, & etiam hodie praesunt.
l. 9. & eiusdem modi socias dign.] sic restitui,
cum in libris & manuscrip. & uulgatis reperissem
partim eiusdem, partim eiusmodi. uicitur eadem uo-
cum compositione & infra lib. 2. nam cum compres-
serat digitos, pugnumque secerat, dialecticam
aiebat esse eiusmodi. l. 14. cantor formula-
rum] liber unus manuscrip. habet cantor formula-
larum. & supra paulo ante quidam docti uiri legen-
dum putant, catus & acutus. l. 28. quibus uerbis
ercisci ceteri] quidam uulgati libri habent erisceri, men-
dose optior. manuscriptorum autem alij habent eriscet,
alij eriscet ceteri, ut excudendum curauimus: alij eriscen-
ceteri:



ri: quod, quid sibi uelit, fateor ingenue me nescire: si dicamus esse eretum, citumq; quod est apud Pom-
 ium Festum:

P. 41: L. 5.

Et in C. Hostilij Mancini] nihil muto, quamuis
 no manuscrip. habeant. in P. Lucillii Mancini.
 am Mancini Hostilia gentis fuerunt: nisi si quis di-
 e codices esse mendosos, & Mancinos esse Lucillios.

P. 42. L. 13.

Hanc partem iuris incontrouersi] sic restitui, cum
 omnibus libris uulgatis legatur, in controuersis,
 illa nec ratione, nec sententia. Iam uis incontro-
 sum, id est uis certum, & de quo nulla controuer-
 , & de quo inter omnes constat.

P. 42: L. 28.

Nam primum quod inertiam] hunc locum fadè,
 miserè in libris uulgatis laceratum, adiumento ue-
 um codicum restitui.

P. 43. L. 11.

Manlianas uenaliu uend.] aliàs legitur, Mamilia
 huc pag. 36: uer. 13. quidam legunt Mamilium.

P. 43: L. 19.

si de tabulis & perscriptionibus] sic restitui secutus
 toritatem duorum librorum manuscrip. cum uul-
 habeant præscriptionibus, planè mendose. nam
 scriptionis nomen locum habet in nominibus, ratio-
 us, & tabulis. Idem lib. 4. epist. ad Attic. epist. ut
 . Hac pæctio non uerbis, sed nominibus, & per-
 scriptionibus, multorum tabulis cum esse facta dicere-
 & c. Idem Philipp. 5. Illa uero dissipatio pecuniae



publicæ ferenda nullo modo est, per quam septimillies perſcriptionibus, donationibusq; auertit.

P. 44. L. 5.

Græcorum more tragædorum] sic habent tres libri manuſcrip. uulgati, Græcorum more, & tragædorum. l. 13. aut minuritionem] ego in hoc loco reſtituendo Adr. Turnebi coniecturam ſecutus ſum, qui docet in annotationibus ad Ciceronis ioca, pæana hoc loco eſſe cantionem, quæ clara & exultanti uoce citatur: minuritionem uero, cantionem, quæ tenui & leni & remiſſiore uoce edatur. Huc pertinet & quod ſcribit Feſtus, ab illo prolatum, minuritiones eſſe minorum auium cantus. adde quòd $\mu\upsilon\upsilon\gamma\iota\zeta\epsilon\upsilon$ apud Græcos canere eſt. Reſtat ſcrupulus, quòd unde ortum ſit minuritionis nomen, non eſt facile mihi quidem exputare. nam à Græco $\mu\upsilon\upsilon\gamma\iota\zeta\epsilon\upsilon$ non poſteſt: Latinum autem minurire, à quo uidebatur proficiſci poſſe, non eſt Latinis, quod ſciam, uſitatum. l. 25. Ita que illi diſertiſſimi homines] legendum uideatur, illis: nempe Græcis.

P. 45. L. 4.

Et prudentiam iuris publici] fortasſe deeſt priuati et, ante uocem publici: niſi quis dicat de iure priuato ſatis eſſe dictum ſupra. l. 14. ad id, quod cupiunt, apificendum] ſic reſtitui auctõritate duorum codicum fretus. apifici autem eſtprehendere, conſequi, adipiſci, uſitatum Plauto, Lucretio, Varroni, M. Tullio, cæteris bonis ſcriptoribus.

P. 45: L. 2.

ſi paulum irrauſerit] ſic reſtitui repugnantiſſimis



libris omnibus, Prisciani fidem secutus, cuius hæc
 verba sunt lib. X. sarcio farsis: sarcio farsis: raucio rausi:
 fulcio fulsi. deinde affert huc locum M. Tullij ita ut
 excudendum curavi.

IVSDEM ANNOTATIONES

IN LIBRUM SECUNDUM

DE ORAT. AD

Q. FRATREM.

P. 46: L. 19.



VI quanquam non ita serem]
 negationem, quæ abest ab omni-
 bus codicibus vulgatis, & manu
 scrip. restituimus.

P. 47: L. 9.

Cuius terminis septum teneatur]

sic legendum: uel si legimus septa, supra legen-
 tum, bene dicendi autem. subintell. ars.

P. 48: L. 24.

Ad disputandum elicere] in uno codice manuscrip.
 peri scrip. ad disputandum ducere.

P. 50. L. 21.

Incredibiliter repuerascere solitos] nihil muto,
 cum in duobus libris manuscrip. scriptum sit
 puerescere: quoniam Nonius Marcellus repue-
 scere probat, & hunc ipsum locum profert in hoc
 libro.



Quòd ad fratrem promiserat] uel subintellige, iturum se: uel dic ad fratrem futurum, id est apud fratrem: uel lege apud fratrem. l. 14. quoniam neque domi imperaram] non dubium est mihi quidem, quin hic locus sit integer: sed lectorem celare nolui. in uno codice manuscrip. legi, neque domi paraueram. quod non probo. Iam illud, neque domi imperaram, sic declaro, non imperaram meis cenam. non dixeram me domi cenaturum: cum se apud fratrem Iulium cenaturum promississet. l. 18. hominem enim audietis de schola, &c.] aut hæc ironia est: aut legendum, non de schola, neque à magistro, neque Græcis, &c.

Præcepta p. q. d. peracuta] quidam legendum putant, peraccommodata. l. 19. & ad excipiendas eorum] liber unus manuscrip. habet, & ad captandas.

Artificiosa uerborum conclusione] unus liber manuscrip. habet, uerborum constructione.

Aut diligendorum] manuscrip. duo habent diligendorum. quod non temere admonui, sed ut meminerit lector dilectum militum dixisse ueteres, quem nos hodie delectum dicimus fortasse inscienter. sic Festus. Dilectus, inquit, militum & is, qui significatur amatus, à legendo dicti sunt.



P. 53. L. 15.

Atque urbanitatis] cum in omnibus libris manu-
 scriptis scriptum reperissem urbanum, idq; in quibus-
 dam non sine litura in extrema syllaba, ego urbanita-
 tis reposui, facile suspicatus ab ijs inurbanum esse repo-
 situm, qui urbanum mendosum & huius loci senten-
 tiae repugnans esse intelligerent.

P. 53: L. 6.

Aut in lite ordinanda] tres libri manuscr. habent,
 aut in lite ornanda.

P. 54. L. 2.

Patienter caruisse] quis non uidet ita legendum, non,
 et in libris uulgatis, sapienter? nam fortunæ & na-
 turæ bonis sapienter uti aliquem, conuenienter & apte
 uicimus: carere autem sapienter non conuenit. sic con-
 tra apud Horatium corruptus erat locus in prima Saty-
 ra lib. I. & illis utitur ante Quæsitis sapiens. ubi
 nos reposuimus patiens, auctoritatem codicum manu-
 scriptis. l. 10. quoniam inest in ratione rerum?] le-
 gendum fortasse est, in natura rerum? l. 13. quæ ca-
 runt aliquando in oratorem] legendum uidetur po-
 tius, in orationem. l. 23. quasi in arte tradere?]
 hoc totum, quasi in arte, alienum puto & subditi-
 uum: nisi quis dicat ita legi posse, arte tradere? uel
 quasi tradere? uel quasi arte tradere? uel quasi in
 arte tradere, id est quasi; ea, quæ à magistris tradun-
 tur in scholis.

P. 56. L. 18.

Quasi aliena quadam lingua si emendata scriptura
 ? , aliena lingua, id est non sua. sed non dissimulabo

B iiij



me in duobus libris manuscrip. scriptum reperisse, quasi aliena quadam lingua locutos. quam scripturam magnopere probo. aliam autem linguam intellige, quam qua populus, aut ceteri homines loquuntur. Iam oratoris oratio non debet esse aliena à sermone uulgi, nisi quòd debet esse ornatio, uerba quidem ipsa propria, debent esse popularia, & usu trita ac recepta.

P. 56: L. 27.

Addat si quis uolet etiam laudationes] sic habent duo libri manuscripti. & ita legendum. nam uulgata lectio, laudationis, reijcienda est. non displicet mihi tamen docti cuiusdam uiri coniectura, qui putat legendum, laudationibus, ut respondeat superioribus illis, in litibus, in delliberationibus. sed probarem magis si ita legeretur, addat si quis uolet quæ in laudationibus. quare scripturam ueterum codicum retineamus.

P. 57: L. 8.

Potest eum cuiusuis] hic locus flagitiose fuerat deprauatus à semidoctis, iisdemq; , ut fit, arrogantibus hominibus. Nam cum, quò referretur uox, eum, non uiderent, putarentq; pictorem subintelligendum, ex „ potest, fecerunt, posse. & item supra à pro, est, supposuerunt, esse. & ita totum hunc locum corruerunt. quem in suam integritatem restitui à ueteribus codicibus adiutus. uox, eum, igitur si quis forte querat, non pictorem, sed hominem refert. l. 16. simi-



iter arbitror in hac] hic est ἀνταπόδοσις seu
 redditio similitudinis à pictore. Animaduertere au-
 tem uerbum arbitror esse positum pro uerbo statuo,
 quod est supra, quia longius aberat ab hoc loco: idq;
 factum esse, ut subueniatur memoriæ uel lectoris, uel
 auditoris.

P. 59. L. 26.

In infinita dubitatione] librorum manuscri-
 ptorum alij habent, in infinita diuisionis dubi-
 tatione: alij, in infinita dictionis dubita-
 tione.

P. 60. L. 21.

Ut tamen ars ipsa] quàm sit corruptus hic to-
 tus locus in libris uulgatis, quàm feliciter à nobis
 ad suum statum restitutus, cognoscent qui hanc scri-
 pturam cum uulgatorum librorum lectione compa-
 rabunt.

P. 61. L. 2.

Reuocantur ea, quæ se se; &c.] legendum
 oportuisse est, resecantur. l. 7. uidi statim indo-
 ctum, neque dimisi tempus] non celabo lectorem meam
 suspicionem: sed primum proponam unius libri ue-
 ræ scripturam. sic igitur in eo scriptum est: ne-
 que dimisi ipsum perdere tempus. quo quid
 ceptius est? quis non uidet hæc uerba, ipsum
 perdere, ab aliquo indocto esse ad oram libri
 scripta, deinde ab indoctiore librario in ordinem
 et contextum uerborum M. Tullij esse coniecta?
 Sed progrediar Longius. suspicatus sum aliquando

B iiij



ANNOT. IN LIB. II.

etiam uocem , tempus , esse alienam : atque ita legendum , neque dimisi : uel , neque eum dimisi , & sum cohortatus. Verumtamen nihil sine auctoritate codicum manuscrip. mutandum censeo . nam & dimittere tempus dixit Philipp. 3. Nullum tempus P. C. dimittam , neque diurnum , neque nocturnum. l. 20. nisi eodem studio , atque imitatione intendisset] secutus sum duos libros manuscrip. nam uulgata lectio , incidisset , mendosa & praua est . reperi in uno alio codice , incepisset . quæ scriptura uarietas me in hanc opinionem adduxit , ut putem ueram uocem esse deprauatam , & neque intendisset , neque incepisset , neque incidisset , esse legendum , sed aliud nescio quod uerbum à Marco Tullio esse positum . quæ de re si quis forte meam coniecturam requirat , suspicatus aliquando sum , legendum incubuisset . amicus quidam meus legendum putabat , nisi eodem studio & imitatione se incitasset . Ego incubuisset malim . uerumtamen iudicet lector . interea intendisset non improbo . nam & in orat. pro Murena ita locutus est , ut eò , quò intendit , maturè cum exercitu perueniat .

P. 61: L. 27.

Retinebant illi Pericli succum] sic excudendum curavi , ne quis forte librarij erratum esse putet . nam huiusmodi nomina sic inflexisse ueteres in patrio casu , Pericli , Thucydidi , Timarchidi , Theophani , Diocli , Oroni , Archonidi , &c. Observatum est à uiris doctis , quorum nos exempla in Bruto proponemus . l. 30. meri principes exierunt] Cum scirem notatam , & argu



uentis confirmatam à P. Victorio hanc scrip. eandemq;
 à Nonio Marcello testatam, non putavi mihi esse re-
 pudandam, quamuis eam in nullis libris manuscrip.
 repererim expressam. Itaque licebit, si cui placeat
 magis, uulgatam lectionem retinere, innumeri prin-
 cipes. sed non dissimulabo, uerba illa, magister isto-
 rum omnium, mihi uideri non esse M. Tullij, sed
 ex ora libri in contextum esse translata. quod, si quis
 scienciam contendet, facile uidebit, si eam habeat obtusio-
 nem. nec me mouet, quòd ea proferat Nonius Mar-
 cellus. Ostendam enim, eum ipsum saepenumero er-
 rare.

P. 62: L. 9.

Inusitatum quidem nostris oratoribus] codex unus
 manuscrip. habet nostris auribus: unde conijcere
 possit aliquis legendum, inauditum quidem no-
 stris auribus.

P. 63. L. 11.

Multi aestimari uolunt] duo libri manuscrip. ha-
 bent, multam: unde quidam legendum putant, mul-
 tum: quia inquit illi, ita loquantur Latini, ma-
 ni aestimare, & multum aestimare, non multi aestima-
 .l. 16. ita dum inertiae uituperationem, quae maior
] suspectus mihi hic locus est. nam primum quomo-
 do inertiae uituperatio maior est, quàm tarditatis? De-
 inde quid significat per inertiam? utrum negligen-
 tiam, an inscientiam? si negligentiam, maior est uitu-
 peratio perfidiae. si inscientiam, non uideo cur uitupe-
 bilior sit inscientia tarditate, maximè quae sit cul-
 pa contracta. Itaque putabam uel sic legendum po-



ANNOT. IN LIB. II.

*tius, ita dum inert. uitup. quæ minor est, contem-
nunt, &c. uel sic: ita dum & inertix uituperatio
nem, quæ minor est: & perfidix, quæ maior est,
contemnunt, &c.*

P. 63: L. 5.

*Quod inter homines ambigatur] legendum fortas-
se est, quo de inter homines ambigatur. l. 6. siue
ex controuersia] fortasse legendum, siue ex re con-
trouersa.*

P. 64: L. 29.

*Cum igitur accepto causæ genere, & cognito] co-
dex unus manuscrip. habet, accepto causæ genere,
cognitam rem tractare cæpi.*

P. 65. L. 6.

*Ad id, quod uolumus] fortasse legendum, ad id,
quò uolumus.*

P. 66. L. 16.

*Quantuscūque sum ad iudicandū, omnibus, &c.]
locus mihi suspectus: de quo quid sentiam, breuiter
exponam. illud totum, ad iudicandum, uel ut ha-
bent libri uulgati, adiudicandus, delendum puto,
ut alienum ac superuacaneum. fuit enim declaratio
ad oram libri annotata, deinde in contextum trans-
lata. l. 23. confirmaro] id est corroboraro: ut sit
translatio ab etate corroborata. sed legendum for-
tasse est conformaro, ut in proæmio lib. I. Et ip-
sa oratio conformanda non solum electione, &c.
ubi uulgo legitur confirmanda.*

P. 67. L. 5.

Et præceptis peruagata] in quibusdam libris legitur



peruulgata. l. 18. aut defensionis argumentis addu-
 catur] hunc locum restituendum putabam ex alio loco
 huic simillimo , ac planè gemino, P. 67. L. 23.
 argumenta criminum, & defensionis reuocentur op.
 ad gen. &c. argumenta criminum autem ea sunt, qui
 bus utitur accusator ad probandum crimen. argumen-
 ta defensionis, quibus reus aut defensor. sic igitur pu-
 tabam hic quoque reponendum, aut criminum, uel
 defensionis argumentis: ut intelligamus accusatori
 & defensori præcepta dari. nam nisi ita legamus, ad
 defensorem duntaxat pertinebunt.

P. 67: L. 15.

Subactō mihi ingenio opus est, &c.] hunc locum
 profert Nonius ad uerbum bubigo.

P. 68. L. 14.

Nullis præceptis aperiunt, ignari, &c.] hoc loco
 erant aliquot uoces, quas ex uno libro antiquissimo
 optimo Memmiano restituimus his uerbis. Consti-
 unt enim in partiendis orationum modis duo
 genera causarum. unum appellant, in quo sine
 personis atque temporibus de uniuerso genere
 tractatur: alterum quod propriis nominibus
 personarum, locorum, ac temporum distin-
 ctum est: in quo uno illi occupati sunt. Superius
 dico illud, quod totum est in ratione generis
 situm, quasi non necessarium sit, nullis præ-
 ceptis aperiunt, ignari omneis controuersias
 uniuersi generis uim, & naturam referri.



P. 69. L. 5.

Est enim infinita . si in personis pon.] hunc locum sic legendum & distinguendum censeo. est enim infinita, si in personis ponatur : quia, quot homines, tot causæ : si ad generum, &c. l. 10. à M. Curio causam didicisse] legendum fortasse est, à M. Curii nomine causam duxisse L. Crassum.

P. 69: L. 5.

Et ad artem facilem redacturum] hæc absunt ab uno codice manuscripto.

P. 70. L. 5.

Studiosi qui essent discendi] legendum fortasse est, studiosi qui essent discendi . ut studiosos discendi intelligamus, quos Græcos φιλομαθεῖς dicunt.

P. 70: L. 15.

Ut uocem, & uires] codex unus manuscript. habet, ut uocem, ut aureis.

P. 71. L. 2.

Omnis argumentandi ratio] sic habent duo libri manuscripti. unus, argumentandi uia . uulgari, argumentatio .

P. 74. L. 1.

Ex maiore : Si bona existimatio, &c.] Si quis attente considerabit, reperiet hoc argumentum esse à minore, non à maiore. l. 26. quædam quasi monita tradamus] sic habent omnes libri uulgari, & nonnulli manuscript. alij, admonita . quidam monimenta mendose .

P. 75: L. 21.

Si est suauiter & cum sensu tractatum] quid sit



hoc, cum sensu, non satis intelligo. putavi aliquando legendum & sensim tractatum. aut addendum, incundo, ut sit, cum iucundo sensu: aut, ut statim infra, & cum sensu ac ratione tractatum. l. 6. facilitatemq; significanti:] uel sic legendum est, ut in uno codice manuscripto reperi: uel sic ut olim mendandum putaueram, facilitateque significanda.

P. 76. L. 27.

Flexamina atque omnium] in duobus libris manuscriptis non est copulatio atque. & statim infra in trius non est, & repugnantem.

P. 76: L. 9.

Tam uera, tam noua] duo libri manuscripti habent, tam uariæ, tam nouæ.

P. 77. L. 18.

In foro accidere miremur] in uno codice manuscripto quuntur deinceps hæc uerba, uidemus etiam id evenire in quibusdam aliis rebus confictis à nobis, & nostra cogitatione adinuentis. deinde, tam igitur, &c. quæ non esse Ciceronis, sed alicuius docti, qui tamen sibi ualde doctus uideretur, deesse: aliquid existimantis, esse puto neminem mediocriter eruditum, qui non uideat. Atque hoc iccirco lectorem scire uolui, ut meminerit, quemadmodum sæpe innotui in commentarijs nostris Lucretianis, multos in uersibus alienos Lucretianis uersibus, quasi aliquid deesse, ab indoctis esse admistos: ita in cæteris bo scriptoribus multa esse aliena. Quoniam autem ab loco, Ac ne forte hoc magnū, ac mirabile, &c.



ANNOT. IN LIB. II.

multa sunt interposita: ut subueniat memoria lectoris, iterat infra eandem rem alijs uerbis, quomodo fieri solet: l. 29. Spondialia illa dicentis] sic habent omnes libri manuscripti: sed quid sibi uelit hoc spondialia, non est facile explicare. nam si quis dicat esse dicta à spondeo: hoc carmen non est spondiacum, sed trochaicum. Isidorus docet spondiales esse nominatos eos, qui in sacris gentilium tibijs canebant: ut fortasse spondialia hic sint intelligenda, quae ad tibias canebantur. Sed hoc non probatur Aurato: existimatq; hanc uocem esse deprauatam, & legendum Sophoclea pro spondialia, quia hi uersus sint Latini facti ex Sophoclis Teucro.

P. 78: L. 30.

Renouabam atque reuocabam] in uno cod. manuscrip. non sunt haec, atque reuocabam.

P. 81. L. 25.

Animi aliquid infundendum est] uox, animi, abest ab uno codice. iam uocem infundendum coniectura ductus substitui in locum eius, quae est in uulgaris cod. influendum, quae nullo modo probanda aut ferenda est. quidam substituunt instillandum. nonnulli inspergendum. in uno cod. manuscrip. reperi inflammandum. omnino locus est mendosus: ad quem restituendum nihil me libri ueteres adiuuerunt.

P. 81: L. 2.

Exitus tamen spissi] legendum fortasse est, & exitus item spissi, &c. l. 24. non effici ex positus] sic legendum est, atque ita habent ueteres codices duo. ex positus autem, id est quod dicit Arist. ἐκ τῶν κεκλιμένων.



P. 82. L. 4.

Cæsar excellis] non dissimulabo me in duobus li-
 bris manuscrip. reperisse scriptum, excelles. quod
 non est fortasse reijciendum. ueteres enim dixerunt
 utrumque excellco. es. & excello. 15. l. 7. omni de re
 licetius] tres libri manuscrip. habent, omni de re fa-
 milius. l. 22. quippe: leue enim est, &c.] sic habent
 omnes, quos quidem uiderim, codices: nisi quòd non-
 nulli interpunctum non habent post quippe. At Io:
 Casseratus, uir doctus, & ingeniosus legendum putat
 quippini: leue est hoc totum, &c.

P. 83. L. 21.

In balneis locutum cum filio] sic habent libri ue-
 res, quos secutus sum. uulgati, Lotum: quia tamen
 Etio non est planè reijcienda, ut fatetur Adr. Turne-
 us, qui hæc loca eruditissimis, & elaboriosissimis ex-
 plicationibus illustrauit.

P. 86. L. 22.

Tibi ego Antipho, has sero.] sic legendum, non
 Sero, ut est in uulg. cod. has autem, subintellige
 uerbores. Verba sunt Antiphonis filij, patris Senis
 imitationem imitantis.

P. 87: L. 10.

Video me à te non conueniri, sed circumueniri] à
 quibus codicibus manuscrip. absunt hæc, non conue-
 ri, sed: ut si eorum auctoritatem sequi uelimus, ita
 hoc loco legendum, uideo me à te circunueniri.

19. Caluus satis est quod dicit parum. ne multa]
 hic locum sic distinguendum curauit, quamuis scirem
 in alijs libris sic distingui. Caluus, satis est quod



ANNOT. IN LIB. II.

dicit. Parum ne multa? planè, nisi fallor, mendo-
se. Ego superiorem distinctionem magis probo, quam
¶ Adr. Turnebus secutus est.

P. 88. L. 6.

Ex hoc oratorio loco] putant quidam esse legendum,
ex hoc oratorio ioco: quibus ego ita assentior, ut
ita prorsus reponendum putem.

P. 88: L. 14.

In quo, ut ea quæ sunt] Priscianus lib. X. legit hoc
loco inquit, ut ea &c. Atque ex eo probat scilicet, in-
quiritio usurpatum esse à M. Tullio. sed errat Priscian.
¶ usus est mendoso codice: quod item ei sæpe aliàs, ¶
Nonio Marcello, ¶ alijs ueteribus grammaticis ac-
cidit.

P. 89: L. 3. Vide in lit. M.

Non hercule, inquit, ex animi mei sententia] secu-
tus sum codices manuscrip. nam uulgati habent: non
hercule, inquit, ex animi tui sententia. Vtriusque
lectionis sententia probabilis est, sed ego magis probo
scripturam antiquam.

P. 90. L. 6. Vide in lit. M.

Cohortem in palatio] sic habent libri manuscr. quæ
lectio plana ¶ facilis est. significabat enim Glaucia,
Metellum uillam habere opportuno loco ædificatam, ¶
sumtuosam: ¶ homines habere in palatio, siue arma-
tos, siue inermos. Vulgati libri autem habent, cortem:
quæ uox ita accipienda erit, ut si cohortem scriptum es-
set, si cui forte magis probetur.

P. 90: L. 5. Vide in lit. M.

sub nodis] sic omnes quidem codices habent ¶
manuscrip.



*manuscrip. & uulgati. sub nodis autem interpetra-
tur Turnebus, sub uinculis. sed malo legi reclamanti-
bus libris omnibus, sub nouis autem, subintell. taber-
nis: quemadmodum apud Plinium est, sub ueteri-
bus. loca erant scilicet in foro sic dicta. Varro lib. 5.
de lingua latina. sub nouis dicta pars ædificiorum
in foro.*

P. 91. L. 22. Vide in lit. M.

*Cuius temporis hominem esse] quidam legi uolunt,
uiusuis temporis hominem esse. in quo quidem
codice manuscrip. reperi quiduis temporis. Adde
uòd sp. legendum est, ut excudendum curauì, non
i. l. 29. cum illæ se custodiae causa] in uno cod. ma-
nuscrip. scriptum reperi, cum ille se custodem di-
ceret, &c. in alio cum illæ se custodiae diceret, &c.
uæ posterior scriptura priorem confirmat, custo-
em.*

P. 91: L. 26. Vide in lit. M.

*Vt ego, qui in dilectu] sic habent duo cod. manu-
scrip. & ita legi debet. dilectum autem militum fuisse.
ueres pro eo, quem uulgo delectum dicimus, docet
Istus.*

P. 92. L. 14. Vide in lit. M.

*Quando ad me cum tua colu & lana uenis?] secuti
mus & in hoc uersu in suum numerum restituendo,
in alijs, Adr. Turnebi auctoritatem.*

P. 93. L. 30. Vide in lit. M.

*Est locus: est familia. sapiens. &c.] Adrianus
Turnebus ex auctoritate codicis manuscrip. bona ex par-
tunc uersum restituit. sic enim legit: Est iocus: est*



ANNOT. IN LIB. II.

familia, &c. atque ita explicat: quantumuis facetus
 & urbanus sis, quantumuis bono loco natus, tamen
 ista non facient, quin, si algeas, tremas. docte & præ
 clare: itaque ego eum secutus sum: præterquam quòd
 ex unius item manuscrip. codicis auctoritate reposui,
 locus: ut excepto illo urbanitatis bono, eadem senten-
 tia maneat. quantumuis honesta in familia, quantum
 uis bono & honesto loco natus sis, tu sapiens effugere
 non poteris, quin, si algeas, tremas.

P. 93: L. 28. Vide in lit. M.

Ipforum ridicule indicandis] codices duo manuscri
 pti habent, iudicandis. Omnino mihi hic locus sus-
 pectus est. fortasse legendum est, suis ipforum ridi-
 cule indicandis.

P. 95: L. 24. Vide in lit. M.

Optabilius obliuisci potius] uidetur legendum, opta-
 bile obliuisci potius posse, &c. aut delendum potius.

P. 96: L. 13. Vide in lit. M.

Obiurgabam, quòd ministratorem, &c.] sic habent
 omnes ferè lib. uulgati, & aliquot manuscrip. alij, me
 oratorem. ego autem ministratorem retineo. me
 oratorem, reijcio: quod puto esse declarandi causa an-
 notatum, deinde in contextum translatum.

P. 89. L. 28. Vide in lit. N.

Persuadendo tamen, & commouendo, &c.] uide-
 tur legendum conciliando tamen & commouen-
 do. nam qui argumentatur, qui ue argumentando do-
 cet, persuadet.

P. 89: L. 6. Vide in lit. N.

Si habet eã causa dignitatem, eamq; copiam, &c.]



secutus sum libros uulgatos, quibuscum congruunt nonnulli manuscripti. nam quidam alij habent, si habet ea res eam causam dignitatis atque utilitatis, mendose, opinor. l. 8. cæq; causæ sunt ad augendum etque ornandum] quidam libri ueteres habent, ad legendum atque ornandum. quidam alij; ad agendum, atque orandum. alij ita, ut nos excudendum curauimus: quæ scriptura reperitur in plerisque uulgatis.

P. 90. L. 22. Vide in lit. N.

Quanto hoc magis in oratione expectandum est.] sic habent duo libri manuscrip. & omnes ferè uulgati: tres alij manuscrip. spectandum est. quidam docti uiri legi uolunt, præstandum est.

P. 90: L. 19. Vide in lit. N.

Sententias duci licebit] sic habent duo libri manuscrip. uulgati, decebit.

P. 91. L. 12. Vide in lit. N.

Ad motus animorum conficiendos] quidam legunt, concidendos.

P. 91: L. 3. Vide in lit. N.

Tollit. uideant illam] secutus sum tres libros manuscrip. nam uulgati habent, nisi fallor, mendose: uidelicet illa. uideant illam autem, scilicet narrationem, quæ est apud Terent. in Andria, Nam is postquam, &c. Verumtamen (ut dicam quod sentio) mihi uidentur, neque, uidelicet illa, neque uideant illam, Ciceronis esse: sed aliunde illata. l. 19. si consistitur aliquandiu] hunc locum in uulgatis deprauatum, sic emendauit ope ueterum codicum



ANNOT. IN LIB. II.

nam uulgata lectio constituitur, ferri non potest.

P. 92: L. 25. Vide in lit. N.

Militum, ceterarum rerum, &c.] uocem utilitatis, quæ huc fuerat inculcata, deleui.

P. 93. L. 29. Vide in lit. N.

Si quoquo animi uitio] liber unus manuscrip. habet si cum animi uitio. ex qua scriptura quidam legendum putant, si quocunque. ego, si quid mutandum sit, malim legi, si quo alio animi uitio, &c. aut codicis ueteris scripturam reponi, aut uulgatam lectionem retineri, si quoquo animi. Præterea paulo ante, ubi est, orationis peccato aliquo: quidam legendum putant, oratoris peccato aliquo.

P. 93: L. 15. Vide in lit. N.

Nec illud tertium genus] uocem, laudationum, delendum censeo, quam uerisimile est ex ora libri in contextum esse translatum. per tertium genus enim laudationes significantur, quæ tertium genus causarum constituunt. At, qui tertium laudationum genus dicit, tria laudationum genera à se poni significat. Ad hunc locum pertinent illa, quæ sunt supra paucis post principium huius libri paginis. nam illud tertium, quod à Crasso tactum est, & ut audio, ille ipse Aristoteles, qui hæc maxime illustrauit, adiunxit, etiam si opus est, tamen minus est necessarium. Quodnam? inquit Catullus: an laudationes? id enim uideo poni genus tertium: non dicit laudationum genus tertium. L. 30. quæ ad orationis laudem] codex manuscrip. habet, ad oratoris laudem.



P. 94. L. 30. - Vide in lit. N.

Qua omnes res humana, tenues, &c.] uerbum geruntur, quod fuerat ab indoctis inculcatum, sustuli, partim auctoritatem codicum manuscrip. securus, partim ratione adductus.

P. 94: L. 2. Vide in lit. N.

Admirationis habet non minus] duo cod. manuscrip. habent, admirationis habet multum. l. 7. feriunt enim aureis hominum, &c.] cum in omnibus libris & manuscriptis & uulgatis reperissem feriunt, & in uno manuscrip. laudati: ego ex laudati feci lauata, leui immutatione facta. Placet tamen mihi mano opere P. Victorij coniectura, qui putat esse legendum, ferunt enim aures hominum cum illa, quæ secunda & grata, tum etiam illa, quæ mir. s. in uirt. laudari. ut aures sit recti casus.

P. 95: L. 28. Vide in lit. N.

Effingenda animo] codex unus manuscrip. habet, affigenda animo. unde suspicor legendum, affigenda animo. sic enim paucis post uersibus loquitur, ea maxime animis affigi nostris, quæ essent, &c. namquam ille ipse locus sic legitur in alio codice manuscrip. ea maxime animis effingi nostris, &c.

P. 96: L. 11. Vide in lit. N.

Imaginibus autem agentibus] cod. unus manuscr. habet, ingentibus, mendose, opinor. l. 14. & similia. uerborum conuersa, &c.] quidam libri habent, pouersa, & imminuta casibus. nonnulli alij, qui cum aliquot uulgati consentiunt, conseruata & amutata, &c.



ANNOT. IN LIB. III.

P. 97. L. 15.

Et pro meo fratre respondeo] tres libri manuscripi
habent, & pro meo fratre spondeo. ego tamen nihil
inmutandum censeo. l. 29. neminem sapientia, &
eloquentia] in duobus cod. manuscrip. non est uox sa
pientia.

P. 97: L. 14.

Quæ subsocius operis] Sic habent aliquot libri ma
nuscrip. nonnulli subsocius: quod aequè probandum
est: atque alter uero modo sine dubio legendum est. quod
qui negant, eos sanum esse oportet.

EIVSDEM IN LIB. III.

DE ORATORE.

P. 99. L. 22.

Non tibi illa sunt cadenda, &c.] codex unus manu
scrip. habet, sunt concidenda. & statim infra, in
cidenda lingua. l. 28. ut populo Rom. satisfaceret.]
duo libri manuscrip. habent, satisfaceret.

P. 99: L. 22.

Sed ii tamen reimp. casus secuti sunt] codex unus
manuscrip. habet, sed ii tamen reip. casus.

P. 101: L. 22.

Neque uerba sedem habere possunt] cod. unus an
tiq. habet, neque uerba fidem, &c. ego nihil mu
to. l. 27. qui omnia hæc, quæ supra, & subter] in
uno cod. manuscrip. non est quæ. & in duobus, paul
lo post ita legitur, atque consensione, sine uox
una.



P. 102. L. 25.

Riuus est diducta oratio] duo libri manuscrip. habent, riuus est deducta.

P. 102: L. 5.

Non partitis, expressisq;] sic omnes quidem habent libri & manuscripti, & uulgati. sed quid sibi uelit hoc partitis, non uideo. alij legendum putant, non paratis. alij, non partis. ego, non repertis. ita enim reperire sententias dicere licet, ut supra proxime, uerborum ornatum inueniri. atque hoc etiam modo loquitur in Bruto. paratis, tamen probo.

P. 103. L. 8.

Quàmque omnibus par pæne] sic restitui reclamantibus libris omnibus, leui tamen immutatione facta, nempe ex quanquam, quod est in omnibus libris, factò quàmque. referuntur enim hæc ad illud quàm sint inter sese, &c. l. 18. & suo tamen quisque in genere princeps] cod. unus manuscrip. habet, princeps fuit. unde suspicor uel sic esse legendum, Quis horum non princeps temporibus illis fuit? & suo tamen quisque in genere princeps fuit. uel sic, Quis horum non princeps temporibus illis, & suo tamen quisque in genere princeps fuit?

P. 104: L. 8.


Ut id conformaret in utroque] cum ita restituendum pridem sine auctoritate codicum ueterum existimassem, codex unus manuscrip. in quo conformaret, sine ulla litura scriptum reperi, paucis ab hinc mensibus iudicium meum comprobauit. l. 21. puri, dilucidiq; sermones] libri duo manuscr. habent, lucidiq; sermonis.



Sonus & suauitas ista delectat] qui pro suauitas, ut erat in omnibus libris uulgatis reposuerunt, subtilitas, quamuis repertum in codice manuscripto, iudicio & sensu se carere declararunt. nam & ex ijs, quæ tertio ab hinc uersu sequuntur, perspicuum est, suauitas legendum, ibi, sed hanc dico suauitatem, &c. & ex illis, quæ postertus leguntur ibi, nec tam bene, quàm suauiter loquendo, &c. l. 18. Q. Valerium Soranum] fortasse legendum, Serranum. l. 21. in qua nihil offendi] quidam legi uolunt, nihil ostendere. l. 30. ut nihil ostentationis, aut imitationis asferre uideatur] sic habent omnes libri uulgati, & item manuscripti præter unum, & si forte, alterum: in quibus est auferre, planè mendosè. Ego, si quid mandium sit, malim legi præferre, aut præferre.

Tu uerò (inquit ille) quoniam, monuit idem,] sic emendauit hunc locum ex optimi codicis auctoritate in uulgatis planè mendosum. Tu uero, subintelligendum, potes me sine periculo reprehendere.

Quàm alias res agamus] sic legendum, non ut in alijs libris, cum aliàs res agamus. Est autem eipowéiv. l. 28. relictis ut rebus omnibus] sic omnes quidem habent libri ueteres, & item uulgati: sed delenda fortasse uox omnibus. sic enim loquebantur antiqui. Plautus Truculento. Probus est amator, qui relictis rebus rem perdit suam. Terent. Andria: Hecrus me relictis rebus iussit Pamphilum hodie



obseruare: Lucret. lib. 3. in extr. iam rebus quisque
relictis, &c.

P. 107: L. 19.

Sed consilio ad uitæ studia dispari] legendum for-
tasse, ac uitæ studio dispari.

P. 109. L. 18.

Hac præsertim rep.] sic restitui reclamantibus li-
bris quidem omnibus, sed leuiter immutatis: nempe
ex copulatione, ac, feci, hac. quæ lectio perspicue re-
stita est.

P. 111. L. 4.

Annosq; natus undeuiginti] sic legendum recla-
mantibus libris omnibus. scribit enim Tacitus hoc esse
factum à Crasso decimonono ætatis anno.

P. 111: L. 24.

In utramque partem possit dicere] cum in duobus
libris manuscrip. ita scriptum reperissem, in utram-
que partem sententiam possit dicere; uulgati au-
tem omnes haberent, in utramque sententiam pos-
sit dicere: uocem sententiam deleui, suspicatus
eam primum adscriptam esse ab aliquo lectore ad uer-
uum dicere: deinde scriptorem aliquem indoctum
eam uocem in contextum coniecisse: postremo alium
missa uera uoce, partem, eam, quæ esset adulterina,
retinuisse. si quis tamen, lectionem uulgatam proba-
rit magis in utramque sententiam, id per me faciat
debet.

P. 112. L. 4.

Pullos suos excludere è nido qui euolent] sic habent
res codices manuscripti: præterquam quòd distinctio-



*nem immutavi . uulgati autem , . excludere in nido :
quæ scriptura minus mihi concinna uisa est.*

P. 113. L. 3.


At *Qu. Velocius , puer addidicerat .] secutus sum
in hoc loco restituendo P. Victorij Florentini coniectu-
ram , quam explicat lib. V I. uariar. lect. ca. XXI.
Fuerunt autem Samnites , gladiatorum genus sic ap-
pellatum à Samnitibus Italiae populus. Magister Sam-
nitum , seu Samnitium , id est gladiatorum. l. 7. ac ru-
dibus , cuius satis] cum libri uulgati omnes recentio-
res habeant, causis, manuscripti autem partim cuius,
partim cuiuis, & ita fere uulgati antiquiores : neque
ullo modo quadret ad hunc locum uox causis : ego cui-
uis reposui, proxime accedens ad scripturam librorum
manuscr. rudibus autem, id est uirgis, quibus gladiato-
res donabantur, cum à populo liberabantur, quibusque
interdum dimicabant, discendi causa. l. 25. libet autem
semper discere] quidam putant hæc cum superioribus
ita esse connexa , ut uno quasi spiritu contineantur hoc
modo, memoria, studiumque permaneat , libeat
autem semper discere : ut si uelim, &c.*

P. 114. L. 9.

*Nam apud Græcos , cuiuimodi essent] uel sic
legendum ut restitui. cuiuimodi : uel cuiuscuius-
modi , id est cuiuscumque modi. Præterea infra, ubi
est in uulgatis, humanitatem dignam scientia,
adiutus à codicibus antiquis, humanitate dignam
scientiam reposui.*

P. 114: L. 26.

Magis laudari quæ terram , &c.] secutus sum co-



dicēs uulgatos & aliquot manuscrip. quāuis altera
lectio, quæ est in uno & altero manuscrip. sit probabi-
lis & speciosa, quod ceram, &c. Mouit me Plinius,
qui hunc locum testem producit lib. XVII. cap. V.
Certe Cicero lux doctrinarum altera, Meliora,
inquit, unguenta sunt, quæ terram, quàm quæ
crocum sapiunt. hoc enim maluit dixisse quàm
redolent. Ex quibus Plinij uerbis & hoc apparet
hic apud M. Tullium legendum, sapere uideantur.
putant tamen quidam Plinium esse mendosum, et utro-
bique legendum ceram. l. 30. cuiq; dulcitudine præ-
ter ceteros sensus commouetur] sic excudendum cura-
ni, quamquam reclamantibus libris omnibus, Nonij
Marcelli auctoritatem secutus, qui hunc locum pro-
ferens in nomine dulcitus, ita legit. Infra quoque
paucis post uersibus, ubi uulgo legitur, sine rephren-
sione, sine respiratione reposuimus, ab illo loco ad-
moniti in orat. perf. distincta alios, & interpuncta, in
terualla, moræ, respirationesq; delectant.

P. 115. L. 14.

Quod sensu in nimia uoluptate] ordo uerborum
hic est, quod natura in nimia uoluptate, sensu, non
mente satiat. Ita autem esse legendum, non ut in
uulgatis, sensus in nimia uoluptate, &c. ratio &
ueritas ipsa peruincunt. Iam paullo ante ubi uulgo le-
gitur, non posse in delectatione esse diuturna, ne-
que aliter in libris manuscrip. ego malim legi diutur-
nam: ut referatur ad illa, pocum, uel orationem
pocinnam, distinctam, &c.



Aut infinita de uniuerso genere quaestio] hunc locum, qui sic legitur in uulgatis, aut infinite de uniuerso genere quaerentis, emendavi ex ijs, quae paulo post sequuntur. haec autem altera quaestio infinita, &c. l. 16. aut ui denique recuperare] quis neget hunc locum εὑσχωτάτα esse restitutum? adiuerunt me tamen nonnihil codices manuscripti, in quibus, aut denique, scriptum reperi, non, ut in uulgatis, ut denique. l. 26. quam attactum deserui] sic restitui partim coniectura ductus, partim auctoritate codicum manuscrip. fretus. Alij enim plane & sine ulla litura habent attactum: alij, ac tantum: alij ad tantum: quae duo posteriora deprauata sunt ex recto, attactum.

Ut si differatur] quidam libri manuscrip. habent deseratur, planè mendose. ego disquiratur, seu quaeratur legendum puto.

In hoc igitur tanto, immensoq; campo] cum in tribus libris manuscrip. reperissem ita scriptum, tanto, tam immensoque campo, coniunctionem, tam, de leui. licet tamen uulgatam lectionem tueri.

Ne ille haud sanè] nã particulam affirmantem uulgus scribit per α, diphthongum. sed docti plerique sine diphthongo: atque ita scriptum reperi in libris manuscrip. testantur, egoq; reperi: uerumtamen in praesenti consuetudinem secutus sum. l. 8. sine duce, natura



psa] quidam deleta præpositione, sine, legi uolunt
 luce natura ipsa .l. 24. quæ de rebusp. differuntur.]
 um in nonnullis libris manuscrip. scriptum reperis-
 m, diceruntur, & supra continentur, non, ut
 i uulgatis, continerentur, ego sic excudendum cu.
 ui, quæ de rebusp. differuntur. nam sic & in-
 ra non longe loquitur, plurimum temporibus illis
 iam de natura rerum & differuit, & scripsit. lin.
 idem, sed annulum, quem haberet, &c.] hæc ex
 latoniis Hippia minore, ubi sic Socrates, ἔφηθα δὲ
 φρικέστε ποτὲ εἰς Ὀλυμπίαν, ἢ εἶχες περὶ
 ὁ σῶμα ἅπαντα σαυτοῦ ἔργα ἔχων, πρῶ-
 ον μὲν δακτύλιον, &c. id est, dixisti autem te
 quando Olympiam uenisse, cum ea omnia, quæ ge-
 res, quæq; indutus esses, abs te facta essent, primumq;
 annulum, quem haberes, &c.

P. 120: L. 7.

Atqui utroque in genere] cum libri manuscripti
 beant partim, atque utroque, partim, quia utro
 e: dubito utrum potius sit reponendum, atqui
 troque, an quin utroque. mihi quidem alter utro
 do legendum uidetur.

P. 121. L. 16.

At hunc non clamator aliquis] Quid erat, quare
 sensum omnium librorum manuscrip. aspernarer,
 repudiarem, in quibus legitur clamator, non de-
 mator?

P. 123: L. 12.

Nec prolem aut subolem] subolem esse dicendum,
 sobolem, iam pridem admonuimus ex Festo, &



ANNOT. IN LIB. III.

alijs grammaticis antiquis. l. 18. Tum pauor sapien-
 tiam, &c.] Quod ex animo excudendum curauit,
 non exanimato, ut habent codices manuscrip. in eo
 Nonium secutus sum: quod autem ex animo separa-
 tim, uulgatos codices & rationem. nam si ex animo le-
 geremus, quomodo ei, qui iam animo caret sapientia ex
 animo, aut ex pectore eici potest? Dictum autem ex ani-
 mo expectorare, quemadmodum *ὀνομαχούεσσι οἰωνοῦ*,
 & adificare ad eis, & similia. Est autem hic uersus En-
 nij, iterumq; profertur à M. Tullio lib. 4. Tu, c. quæst.
 l. 20. Nunquid uero me non uis, &c.] hic uersus alio
 atque alio modo scriptus reperitur in codicibus manu-
 scrip. Quin me Nonius quidem ita profert, ut est in uul-
 gatis: ut omittam, quod eum profere tanquam Cice-
 ronis, cum sit uel Accij, uel Pacuuij. secutus sum au-
 tem probabilissimam scripturam, ita ut sit octonarius
 iambicus. Neque uero est quod in huius uersus senten-
 tia exquirenda ualde laboremus, cum aliquid desit ad
 sententiæ integritatem. Satis enim habuit M. Tullius
 ostendere & ex nomine ueritiloquas, quod est in
 hoc uersu, & ex uerbo expectorat, quod est in supe-
 riore, uerba interdum nouari. per coniunctionem, seu
 compositionem, ut uulgo loquimur. l. 23. ut illud di-
 ferti Senis, Dij genitales] sic reposui parim codices
 manuscrip. secutus, parim coniectura ductus uulga-
 ta enim lectio ferri non poterat: cum indigenitalis, si-
 modo nomen est Latinum, sit nomen iunctum: hic au-
 tem subijci debet exemplum nominum nouatorum si-
 ne compositione, quale est nomen genitales. per di-
 fertum senem autem Ennius significatur, cuius est hic



versus. Iupiter in caelo cum diis genitalibus æ-
 um, Degit, &c. l. 25. incuruiscere] sic reposui
 auctoritate, & testimonio Nonij Marcelli adductus:
 cui ita profert, in uerbo incuruiscere, Versus autem
 integer, & aliquot alij ad eandem sententiam perti-
 nentes referuntur primo lib. Tusc. quæst. cuiuscumque
 poetæ.

P. 124. L. 17.

Inhorrescit mare, &c.] hic uersus integer est lib. I.
 de diuinat. Interea propè iam occidente sole in-
 horrescit, &c. Sunt autem Pacuuij uersus.

P. 124: L. 4.

Si telum manu fugit] sic omnes quidem libri ha-
 bent: sed docti quidam uiri, à quibus non libenter
 dissensio, scribendum existimant, Si telum manum
 fugit: quemadmodum Homerus dicit: ποῖόν σε
 πρὸς φύγεν ἔργος ὀδόντων. id est; quale tibi
 uerbum uallum dentium: fugit? qualis oratio labra tua
 fugit? id est, cur tam inconsiderate locutus es? l. 11.
 et nexum, quod per æs, & libram agitur] sic Festus
 nexum, definit: Nexum est, quodcumque per æs
 et libram geritur: idque nexi dicitur: quo in ge-
 nere sunt testamenti factio, nexi datio, nexi li-
 beratio. Varro autem lib. 6. de lingua Latina re-
 fert Manilium item scripsisse, nexum esse omne, quod
 per æs & libram geritur, sed ita ut in eo sit res man-
 ipsi. l. 12. ut in uxore diuortium] nam proprie
 dicuntur aquarum, & fluminum diuortia, ut su-
 pra: Hæc autem ut ex Apennino fluminum, sic
 ex communi sapientium iugo, sunt doctrinarum



ANNOT. IN LIB. III.

facta diuortia. l. 25. *Et dulcedo orationis*] non diffi-
mulabo me in uno codice manuscrip. reperisse scriptum
dulcitus : uerumtamen dulcedo retinui , non pu-
gnaturus si quis alterum malit. nam *Et supra hoc eo-*
dem libro eadem uoce est usus , ut ostendimus ex Nonio
Marcello .

P. 125. L. 26.

Comissatio tempestatis] sic excudendum curauimus
Varronis auctoritatem secuti lib. V I. de lingua Lat.
nisi forte apud Varronem comassatio legendum sit à
uerbo Græco κωμῶσις , quod est natum ἀπὸ τοῦ
κῶμος . nam neque comelatio , neque commella-
tio scribi , aut dici debet .

P. 126. L. 30.

Nos sumu' Romani , qui fuimus Rutuli] *secutus*
sum libros uulgatos . nam manuscrip. habent , qui fui-
mus ante Rutilli . *quam scripturam mendosam esse*
puto .

P. 126: L. 15.

Auribus , consuetudiniq; parendum] sic habent
tres libri manuscrip. *Et quidam uulgati . alij* , parcen-
dum. l. 20. *Et struere uerba*] duo libri manuscripti
habent , *Et instruere uerba . ego nihil muto . l. 22.*
coagmentatus Et leuis] nihil muto , quamuis doctus
quidam censeat legendum , *Et hic Et ubiuis locorum* ,
coamentatus , & coamentare sine g. ab amensis ,
quibus hasta uincta iaciuntur : unde hasta amentata.
ego nondum consuetudinem scribendi receptam in hoc
uerbo immutare ausus sum l. 26. *Endo parimento* , at-
que] iam pridem admonuimus ita hunc uersum esse le-
gendum.



gendum. Endo autem ualet in, ut endoitium, endo procinctu, endo iure, endo plorato, endo iacito, id est initium, in procinctu, in iure, implorato, iniucito. Lex XII tab. Si caluitur, pedem ue struit, manum endoiacito. id est, si fallere aut fugere parat. seu cogitat, manum iniucito. Iam emblemata uermiculata sunt (ut docet Turnebus) dicta minutissima & elaboratissima uarietate calata, à uermiculis, qui lingua erodentes, species designant mira subtilitate & tenuitate insignis. hic autem legendum emblemata uermiculata.

P. 128. L. 15.

Sine aliqua necessitate afficta] non uideo quare hic quicquam immutare debuerim: quamuis non negem in uno & altero codice manuscrip. scriptum esse affectam. ex quo alij fecerunt, effectam. affictam partem autem interpretor additam aut adiunctam, seu adiectam. Ibidem, totamq; formam quasi perfectam reperietis, &c.] semper suspicatus sum hunc locum esse mutilatum. nam non satis hic exprimitur quod uult & sentit M. Tull. uult enim ostendere, in plerisque rebus utilitatem ac necessitatem esse cum dignitate & uenustate coniunctam: idq; præclare in cæteris præstitit. hic autem necessitas satis aperte demonstratur, uenustas obscurius. Neque me codices manuscripti adiuuerunt. nihil enim in uarietatis reperi, nisi quod pro affictam, effectam: pro perfectam, refertam in uno legitur. unde fortasse ita legendum uideatur: totamque summo quasi lepore refertam, perfectam, reperietis arte, non casu. l. 22. quàm carina, quàm pro-

D



ANNOT. IN LIB. III.

*ra, &c.] libri tres manuscrip. habent; quàm cauer
na. unde suspicari possit aliquis legendum esse, quàm
gubernacula, aut quod propius accedit, gubernana. gu
berna autem, id est gubernacula. qua uoce usi sunt En-
nius & Lucretius, & alij ueteres.*

P. 128: L. 25.

*Aliae sunt geminae] liber unus manuscrip. habet
-Alteræ. ego nihil muto. quòd si quid mutandum sit,
ego legendum putem, At hæc sunt geminae: uideli-
cet percussiones.*

P. 129. L. 23.

*Ex illis modis, quibus &c.] legendum uidetur po-
rius, ex illis pedibus, &c. Deinde infra eodem uersu
delendam censeo uocem numerus, atque ita legendum:
post anapæstus procerior quidam effloruit: uel
-sic, post anapestus procerior quidam pes effloruit.*

P. 131: L. 8.

*Cum circuitum & quasi orbem] liber unus manu-
scrip. habet, cum circulum, &c. l. 21. & tenuis non
-sine neruis ac uiribus] ego sublata negatione legendum,
& tenuis sine neruis ac uiribus, arbitror.*

P. 132. L. 1.

*Ad grauitatem orationis utatur] sequuntur deim-
-ceps in libris uulgatis hæc uerba, ut il, qui in armo-
-rum tractatione uersantur. quæ qui non uidet esse
-supernuana, & aliunde inuecta, nihil uidet. l. 29. tū
-reditus ad rem aptus & concinnus esse debet] liber
-quidam manuscrip. habet aptus & continuus, &c.*

P. 133: L. 20.

Debet uideri] secutus sum libros uulgatos. nam ple-



rique manuscrip. habent; debent uideri. ego puto
hæc uerba non esse M. Tullij. nam repeti potest ἀπὸ-
κωυῶν refert.

P. 134. L. 16.

A. Et ore mutato] sic habent tres libri manuscripti,
& ita legendum, non, ut est in uulgatis, auctore mu-
tato.

P. 134: L. 22.

Mandem natos] meministi me tam aliquot ante annis
hunc locum ita restituendum censere, coniectura tan-
tum ductum: quam quando uideo auctoritate codicum
ueterum esse confirmatam, in sententia maneo. sic enim
habent duo libri manuscrip. non, ut uulgati, manda-
rem. Præterea in superiore uersu reposui, ipsehorta-
tur, codices treis manuscr. secutus; cum uulgati habe-
ant impius hort.

P. 135. L. 16.

Iterum Thyestes mecum altercatum uenit.] sic re-
posui ueteris scripturæ uestigia secutus. supra autem
sanguen retinui, quamuis duo libri manuscripti ha-
beant sanguine. Nam & lib. 5. de Finibus. & apud
Non. Marcellum ita refertur. l. 20. tenerum, hilara-
rum, &c.] tres libri manuscripti non habent uocem
tenerum: unde mihi orta suspicio est, ea deleta legen-
dum hilarium, &c. l. 24. Tunc ad te ludibundu
docte] sic reposui, secutus omnes ferè codices uulga-
ros: nisi quòd habent ludibunda. nam manuscripti
habent, ludibunda uoce. alij, ludibunda dote.
omnino hi uersus ualde sunt corrupti tum in uulgatis,
tum in manuscriptis codicibus.



ANNOT. IN LIB. DE CLAR.

P. 135: L. 7.

Digitis subsequens uerba, non exprimens] sic habent omnes libri tum uulgati, tum manuscrip. nisi quòd distinctionem mutauit. Quidam docti tamen legendum putant, digitus subsequens uerba, &c.

EIVSDEM ANNOTATIONES

IN LIB. DE CLARIS

ORAT. QUI INSCRI-

BITUR BRVTVS.


P. 138. L. 6.



VT errore hominum] sic legendum etiam reclamantibus libris omnibus, non terrore. sic idem pro Ligario. Scelus tu istud uocas Tubero? cur? isto enim nomine illa adhuc causa caruit. alij errorem appellant, alij timorem. qui durius, spem, cupiditatem, &c. l. 16. Itaque ij mihi uidentur] nihil muto: uerumtamen lectorem admonebo, in aliquot ueterib. codicib. legi, Itaque ei mihi, &c. ei autem dicebant ueteres pro ii.

P. 139: L. 13.

Quamquam illud Hesiodum] sic Hesiodus, αὐτῷ τῷ μετρω, καὶ λῶιον αἶκε δ' ὕνηαι. id est, eadem mensura, & meliore, si πῶβις. l. 16. uoluntatem tibi profecto remetiar] sic legendum etiam in uitis codici-



bus omnibus, non emetiar. remetiar autem, id est referam, rependam, remunerabor. Sed docti quidam putant præterea mendum in esse in uoce profecto, & pro facto legendum.

P. 140. L. 20.

Ad rerum nostrarum memoriam] cum in libris manuscrip. alijs reperissem scriptum, ad rerum nostrarum memoriam, in alijs, ueterum annalium, in uulgatis autem, rerum naturalium: ego rerum nostrarum edendum curauit: quamuis docti quidam, ad rerum memoriam simpliciter legi malint.

P. 141. L. 1.

Neminem uideo factum esse uictoria] uictoriam Caesaris notat.

P. 141: L. 12.

Ex Thucydidi scriptis] sic excudendum curauit duos cod. manuscrip. secutus, & nonnullos uulgatos. sic enim huiusmodi nomina inflectebant ueteres in patrio casu. Thucydides Thucydidi, Pericles Pericli, Ariobarzanes Ariobarzani, Orontes Oronti, & similia. Idem Ver. 4. In Timarchidi potestate sociorum populi Ro. antiquissimorum atque amicissimorum liberos, matres familias, bona, fortunaeque omneis fuisse. lib. IX. epist. ad Attic. & Lucceii consilia & Theophani persequamur. idem. lib. 2. de orat. ratinebant illum Pericli succum. Te gent. Heautont. Archonidi filiam. Virg. lib. 1. Aeneid. Nunc acris Oronti, Nunc Amyci casum genit. qua sunt commemorata a Prisciano lib. 6.



- Verumtamen natura magis tunc, casuq; &c.] Secutus sum libros uulgatos, qui omnes fere sic habent; ut excudendum curavi: nisi quod quidam non habent copulationem, que, post uocem casu, sed casu simpliciter. Verumtamen dissimulare nolui, Priscianum hunc locum aliter legere, ubi de numeris oratorijs disputat: nempe hoc modo: Verumtamen natura magis tunc, casuque nonnumquam, haud ratione aliqua, aut observatione fiebat. quarum lectionum utra sit potior, iudicet lector eruditus atque acutus.

Vel uerborum grauitate, uel sententiarum] lego uel uerborum granditate, uel sententiarum grauitate. l. 16. non tam armis institutus, quam palastra] uel legendum, quam palæstræ, si retineamus institutus, uel non tam armis instructus, quam palastra.

Iam Troicis temporibus] sic edendum curavi secutus & uulgatorum et manuscrip. codicum scripturam. Sed non dissimulabo tamen, doctis quibusdam placere legi, Heroicis. l. 30. quoniam quidem concessum est] alijs legi malunt, quandoquidem, & sequ. uersu, mentiri legendum censent, non e mentiri.

Huic Antiphontem Rhamnusium similia, &c. qui dam legi uolunt, Hinc Antiphontem, &c. idq; ex auctoritate ueteris codicis. l. 29. totumq; se ad artes componendas transtulisse] à duobus codicibus manuscriptoris abest uox componendas.



Omniemq; illam Atticæ dictionis quasi sanitatem] sic est legendum, & ita reperi in optimo cod. manuscr. nam uox salubritatem, quæ reperitur in libris uulgatis deinceps post hæc uerba, omnemque illam, adiecta est ab ignaris linguæ Latinæ, qui aliquid deesse putarent, neque hoc loquendi genus intelligerent, Atticæ dictionis quasi sanitatem: in qua quasi additum est ad leniendam translati nominis asperitatem. Simile mendum, simili indoctorum culpa contractum irrepit in orationum pro P. Quinctio, ibi, & si qua in re ad quod parati sunt facere, falsum crimen, quasi uenenatum aliquod telum iecerint, medicinæ faciendæ locus non erit. nam delendæ sunt tres illæ uoces, falsum crimen quasi: cum sit allegoria.

Nondum lege Menia lata] quidam docti legendum arbitrantur, lege Gabinia lata. l. 6. plebei contra patres, &c.] sic legendum. plebei autem generandi carius est, pro plebis: quo sæpe utuntur Latini scriptores. l. 28. Ore Cethegus Marci Tuditano collega] sic legendum, non, ut deprauauit Parrhasius, ore Cethegus Meturio collega Philoni. Nam cum Cethegus numquam Philonis fuerit collega, tum libri omnes manuscr. sic habent, ut nos curauimus excudendum. Est autem sic uersus spondiacus. P. 146. L. 5.

Flos delibatus populi] sic legendum, non, ut habent libri quidam uulgati. illibatus. Flos delibatus autem, est flos sensim decerptus. liber unus manuscr. habet delibutus: atque hanc lectionem initio probabam.



florem delibutum autem intelligebam florem, qui præter innatam suauitatem sit etiam unguento suaviter olenti perunctus, ac persusus, ut scilicet amisso naturali odore, eo, qui sit foris insitus, naribus gratus sit ac incundus. sed lex carminis non recipit. secunda enim syllaba huius nominis brevis est.

P. 147. L. 19.

Interdum etiam non satis apertis, officit Theopompus, &c.] uerba aliquot, quæ fuerant huc inferta, cum breuitate, tum nimio acumine, quia neque reperi in duobus libris manuscrip. & à Budæo, Riuio, ceteris uiris doctis reiecta sunt, ego quoque reieci. l. 26. hanc in Catone ne nouerunt quidem] sic restitui, codicum manuscrip. auctoritatem secutus. alij sic legunt, non nouerunt. Quid enim? Hyperidæ, &c. Ibidem, Hyperidæ uolunt esse, &c.] uolunt esse Hyperidæ & Lysia, id est uolunt Hyperidæ & Lysia dicendi genus imitatione exprimere. uolunt esse Hyperidæ & Lysia similes. Hyperidæ & Lysia sunt numeri multitudinis recti casus. Itaque legendum item statim infra, Catones, Atque ita ferè locutus est in oratore perfecto, germanos se putant esse Thucydidas. Quisquam non ignoro quosdam ita legere, Hyperidæ & Lysia uolunt esse similes. sed hi uocem similes addunt de suo. Nam nullis in libris reperitur.

P. 147: L. 6.

Et quasi commenta] quidam legunt commenta, non hic solum, sed ubicunque hoc uerbum reperitur, commentare sine litera g. scribi uolunt: de quo alibi dicemus. l. 29. Ac in Actione] sic legendum, non, ut in



quibusdam uulgatis, Actxone, nec ut in alijs, Ectio
ne. non difflicet tamen Echione. sunt enim & E-
chion nobilis p̄ictor, quem commemorat in paradoxo,
ὄτι μόνος ὁ σοφός ἐλευτερος, &c.

P. 148. L. 6.

Quid? nostri ueteres uersus - quos olim, &c.] sic
Ennius, scripsere alii rem Versibus, quosolim
Fauni, &c. l. 26. ludis iuuentatis] sic ferè habent co-
dices manuscrip. nam eorum alij habent, Euentatis,
alij inentatis. atque ita iam pridem emendarat P.
Victorius. Iuventas autem, iuuentutis seu iuuentæ
idea est.

P. 148: L. 13.

Vatibus & Faunis annumerat] cum in duobus li-
bris manuscrip. reperissem scriptum annumerat, ego
præpositionem, in, ante uocem uatibus, sustuli. nam
etiam alibi infra ita loquitur, ubi de Sulpicio, & Cotta
loquitur. His duobus eiusdem ætatis annumera-
batur nemo tertius. Quòd si quis præpositionem re-
tinere uolet, erit legendum, numerat, non, enume-
rat, neque annumerat. l. 22. qui à Nauio uel sumsisli]
legendum uidetur, à Liuiio.

P. 150. L. 24.

Quæ pecunia de P. Cornelio, L. Memmio] qui-
dam libri uulgati habent, quæ picarias: & paullo
ante ubi legitur, in Silua Scantia, docti quidam le-
gunt, in Silua Sita: alij, in æstiuis: alij in Silua
Sila.

P. 151. L. 17.

Tunc igitur recusans Galba pro sese] assentior se-



bas. Corrado, qui hoc loco legendum putat, tum igitur nihil recusans, &c. Nam Galbam constat omnem spem salutis suæ non in causa, sed in misericordia iudicum collocasse.

P. 152: L. 3.

Multum clientis suos consilio, & plus tamen auctoritate & gratia.] sed quidam legendum putant, multum ualentes consilio & lingua, plus auctoritate tamen & gratia sua ualebant. ego nihil mutandum censeo.

P. 153: L. 25.

Nam & quæstiones perpetuæ hoc adolescent.] lectionem receptam seruaui. nam Seb. Corradus testatur ita scriptum esse in cod. quodam uet. quæstiones p. hoc adolescente, &c. p. autem uult ille significare publicæ. hoc non probat Cuiacius noster, iuriscons. doctissimus: putatq; scriptum initio fuisse, nam & quæstiones p. rep. id est pecuniarum repetundarum. ego nihil mutandum censeo. Nam lex de pecunijs repetundis à Pisone lata, fecit, ut quæstiones iam & essent & dicerentur perpetuæ. quamquam nihil pronuncio. Antonius Huraldus, consiliarius Regius legendum putat, quæstiones pecuniæ publicæ, quem adiuuaret locus ille Philipp. XI. Verberibus ac tormentis quæstionem habuit pecuniæ publicæ, &c. nisi eo loco de quæstione, quæ habetur per tormenta, ageretur.

P. 154. L. 27.

C. Gracchum collegam iterum tribunum fregit] sic reposui assensus Sebast. Corrado. Nam uulgata lectio fecit, ferri non potest.



P. 154: L. 9.

Neuter summi oratoris, &c.] hunc locum fœde de-
 rauatum in uulgatis libris, & in multis etiam manus-
 criptis ope quorundam manuscrip. restitui. l. 21. sa-
 cientis hominis & recti] sic habent omnes ferè libri
 uulgati & manuscripti: quidam tamen, recti, non im-
 probant. P. 155. L. 15.

Magnum munus de iure respondendi] usitatus ui-
 detur esse ita loqui, munus iuris respondendi, quàm
 de iure respondendi.

P. 157. L. 16.

Nam rogatione Mamilia] sic edendum curauit Seb-
 orradi sententia probata. hac autem rogatione tulie
 Mamilius, ut quaereretur in eos, quorum consilio Iu-
 uretha Senatus decreta neglexisset, &c. qua de re legito
 allust. in bello Iugurthino.

P. 157: L. 30.

De iniuria petuisset] sic legendum putat Paullus
 Manutius: cui assentiuntur plerique omnes docti uiri.
 lex Aquilia (inquit Vlpianus lib. IX. Digest.) omni-
 us legibus, quæ ante se de damno iniuria locutæ sunt,
 rogauit.

P. 158: L. 19.

Sed nec mea culpa est] sic habent codices Aldini, &
 legendum censent uiri docti. nam uulgati & non-
 nulli manuscrip. habent. Sed hæc, &c. mendose, ni-
 llor.

P. 158: L. 30.

Quæ fuit ascensio] sic emendam multis iam an-
 nianis in libro meo, cum haberet, ut & ceteri uulgati,
 ascensio. idem cum incidissem postea in castigaciones
 iuij, reperi quod mihi uisum fuerat, multo ante uiro



illi doctissimo in mentem uenisse. Postremo meam, & illius coniecturam libri manuscrip. comprobarunt. quæ fuerit ascensio autem, id est quæ progressio oratorum, & per quos quasi gradus ad summam eloquentiam ascenderint.

P. 159. L. 21.

Sed illa, quæ propria laus, &c.] hic longum est hyperbaton, pendetq; oratio ab illo loco, uerba ipsa, non illa quidem, &c. usque ad cum, qui est infra, Sed tamen Antonius, &c. Huic autem maxime loco, Sed illa, quæ propria laus, &c. respondet ille inferior, Sed tamen Antonius, &c. hoc modo. Sed illa, quæ propria laus oratoris est in uerbis eligendis, ponderandis, & collocandis, &c. interponit deinde multa prius quàm sententiam claudat ac terminet. debebant autem talia quadam ad sententiam finiendam subiungi, illa, inquam, laude non caruit Antonius: quod quia non factum est, & quoniam credibile erat uel auditorem, uel lectorem oblitum esse superiora: ea ipsa repetit: & mutata orationis forma, sententiam claudit. Solet autem in huiusmodi repetitionibus uti his particulis uerumtamen, sed tamen, & similibus. Sic igitur hoc loco: Sed tamen is, quem dico, Antonius, in uerbis collocandis & ponderandis, &c. nihil non ad rationem & tanquam ad artem dirigebat: id est, ea laude non caruit, quæ propria laus oratoris est. Fui longior in hoc loco declarando, quem uideo à uiris alioqui doctissimis non satis esse intellectum.

P. 159: L. 6.

Ea maxime ornant oratorem] legendum fortasse est



orationem . uerumtamen parū admodum refert. l. 14.
 sed hoc uitium huic uni in bonum uertebat] sic legen-
 lum , non ut quidam reposuerunt , conuertebatur .
 uertebat autem hoc loco significationem habet absolu-
 am , ut cum dicimus , bene tibi uertat , male tibi uer-
 at. sic Lucret. lib. V I. Nil adeo posset quicquam
 ue, tenueque membris uertere in utilitatem. sic
 Liuius locis innumerabilibus. l. 16. flebile quiddam in
 onquestionibus] sic restitui , & ita legi debet, nisi quis
 orre malit , questionibus , ut est in libris uulgatis :
 um quo non pugnem , modo questionibus dictum pro
 onquestionibus accipiat . nam quod alij quidam que
 ionibus legunt , per æ diphthongum , & questio-
 ibus interpretantur , publicis . iudicii, non probo. .

P. 161. L. 22. -

Et quæ quibus positis essent , quæ que non essent con-
 sequentia] sic edendum curauit , cum in libris uulgatis
 gatur . quibus propositis. sed præter ueterum cod.
 uetoritatem, mecum facit similis locus in Partit. Dia-
 ctica quibus positis quid sequatur , distinguit & in-
 dicat.

P. 161: L. 25.

Ab obrectatione , inuidiaq;] sic habet codex multis
 nec annis Romæ impressus , & unus manuscriptus:
 & ita restituit Riuus . sic Liuius lib. XX I I I.
 .nnal. obrectationem & inuidiam coniuncte ponit
 oratione Qu. Fabij . sic Caesar lib. I. de bello civili .
 quibus deductum & deprauatum Pompeium
 ueritur inuidia & obrectatione laudis suæ .

P. 162: L. 1.

Idq; uobis narrauisset] nonnulli libri habent, idque



ANNOT. IN LIB. DE CLAR.
nobis bis narrauisset. alij non habent alterum bis:
quos secutus sum.

P. 164: L. 5.

Omnino (sicut opinior) &c.] sic restitui etiam re-
clamantibus libris omnibus, itaq; contendo esse legen-
dum. nam siue, omnium quod est in lib. uulg. conian-
gas cum superiore uoce, optime, siue ad posteriora re-
feras, ineptam locutionem efficies. hoc autem modo se-
pe loquitur M. Tullius (ut notat Riuius) offic. I. Om-
nino enim illud honestum, quod ex animo excelso, ma-
gnificoq; quærimus, animi efficitur, non corporis uiri-
bus. Idem in Catone maiore. Omnino (ut mihi quidem
uidetur) rerum omnium satietas uitæ facit satietatem. l.
7. id est ad nostros reuertamur] existimet quisque de
hoc loco suo arbitrato: ego hanc interpretationem esse
puto illorum uerborum, domum redeamus, ex ora
libri in contextum à librario translata.

P. 165. L. 30.

Nam ofella] sic hunc Lucretium cognomento ap-
pellant Plutarchus, Appianus, Paterculus: alij, Aphii-
liam, alij Asellam. sed Ofella legendum puto. & ita
apud Asconium reponendum censeo.

P. 166: L. 23.

Quare tibiçem Antigenidas, &c.] fuit & cithari-
sta quidam Aspendius, de quo sic. M. Tull. Ver. ter-
tia, quæ est de anteaçtis: Atque etiam illum Aspen-
dium citharistam, de quo sæpe audistis id quod
est Græcis hominibus in prouerbio: quem om-
nia intus canere dicebant, sustulit, & in intimis
suis ædibus posuit.



P. 167: L. 3.

Antimachum Clarium poetam] sic legendum, non, ut est in nonnullis uulgatis, Clarum. fuit enim Antimachus Colophonius. Clarus autem urbs est in Insula Colophone, à qua & Apollo Clarius dictus est. de hoc Antimacho sic Ouid. lib. I. tristium: Nec tantum Clario Lyde est dilecta poetæ: Nec tantum Coö Babis amata uiro. l. 8. Plato enim mihi unus instar est multorum millium: & recte] hic locus mirum in modum deprauatus est in libris omnibus: in quibus ita fere legitur, instar est omnium: me illum & recte: plane uendose. Atq; huic uulneri alij sic medentur, instar est omnium: merito ille, & recte. sed cum hoc diuinare et, tum horum duorum, merito & recte, alterum superuacuum uidetur. Ego autem ueteris et uulgatæ scripturæ vestigijs insistentes sic repono: instar est multorum millium: & recte. Quod uero uocem omnium deleo, hanc causam mei facti affero. sic erat scriptum in libris manuserip. antiquissimis, ut ego edendum curauim. indoctus si uel & negligens scriptor omisit uocem multorum similitudine uocis proxima, ut fit, deceptus: deinde ex millium fecit, me illum. qui postea hoc exemplari usi sunt, ubi ita scriptum esset: Plato enim mihi unus instar est, me illum, &c. cum aliquid deesse uiderent, insererunt uocem omnium. ita hunc locum puto fuisse corruptum, & que ita emendandum. Quo uero magis credas hanc esse uerã et rectam lectionem, non dubito quin Antimachus à Græce dixerit. ὁ γὰρ Πλάτων εἰς ἐμοὶ μυριοί. uerba sic interpretatũ esse M. Tull. non est mirum: unus enim Plato mihi est instar multorum milliũ:



ANNOT. IN LIB. DE CLAR.

hoc enim plane sonant uerba Græca, nisi quòd *μύριοι* decem millia significat. atqui decem millia, multa sunt millia. hæc igitur mea sententia est: quam confido probaturos omnes his litteris politos homines. eam quidem scio multis doctis probari. l. 9. Poema enim reconditum paucorum aprobationem or. pop. assensum uulgi debet mouere] hic locus ita legitur in libris uulgatis: Poema enim r. p. approbatione: or. p. ad sensum uulgi debet moueri: sine dubio mendose. Riuus primus ad hæc uulnera sananda operam nauauit, qui ita legendum iudicauit: Poema enim rec. pauc. approbationem: oratio popularis assensum uulgi debet mereri. Seb. Corradus secundo loco non ita pridem, cætera Riuus emendationem approbans, in uerbo mereri, improbauit, longèq; propius ad antiquam scripturam accedens, mouere reposuit. huius igitur loci restitutionem duobus illis uiris debemus. l. 22. aut si auditor cum illo tanquam equus, &c.] sic habent libri & uulgati & manuscripti: aut si auditor omnino tanquam equus, &c. quæ lectio cum sit deprauata & mendosa, mendum uidetur inesse in uoce, omnino. significat autem M. Tullius, nisi auditor adiuuet oratorem dicentem, attente audiendo & approbando: dicendi finem esse faciendum: quemadmodum auriga agitandi finem facere debet, si equus cursu aurigam agitantem non adiuuet: Ego igitur, pro uoce, omnino, cum illo reposui. Iam facere cum aliquo, est adiuuare.

P. 169. L. 3.

Quàm scienter ei pulsus sint] sic habent boni & manuscripti



manuscripti codices: & hanc lectionem confirmat Pri-
 cianus, his uerbis: Quid habet notandum hoc prono-
 men? (loquitur de pronomine, is) Quòd nominatiuum
 pluralem masculinum tam in ei faciat, quàm in ij &
 .l. 9. nonnumquam etiam circulantem] libri quidam
 vulgati habent calculantem. ego circulantem pro-
 no, à uerbo circulari, quod est uerba in circulis facere.
 10. quæsitorum: ut dimittat, rogantem] iudicem
 mittentem ad horas: hic distinctionis notam ascribe: iu-
 dicem (inquam) rogantem quæsitorum, id est prætorem,
 & dimittat omnes iudices.

P. 170. L. 20.

Ut Q. Metello F.] ijs assentior, qui F. aut delen-
 sum, aut ita accipiendum, ut significet, fecit. arbi-
 trantur. Est autem aliquid tertium. nempe ut ita
 tribamus: Q. Metello Balearici. F. non est enim
 incredibile uocem Balearici à scriptore esse omissam.

P. 170: L. 22.

Ut sibi ipsum non conueniat] sic est sine dubio le-
 gendum, non, ut in libris uulgatis, sibi ipse. neque
 enim hoc dicit M. Tullius, esse difficile in longa oratio-
 ne non aliquando aliquid ita dicere, ut sibi ipse orator
 non conueniat: sed ut id ipsum, quod ab eo dicitur, sibi
 non conueniat & secum pugnet.

P. 171. L. 26.

Idemq; percomis est habitus] quidam hic patronus
 ijs uolunt, non percomis. sed alij negant, patro-
 nis legi posse, quia in numero oratorum non fuerit,
 & supra dicitur his uerbis, Mucius autem augur,
 quod opus erat, ipse per se dicebat, ut de pecu-

E



niis repetundis contra T. Albucium. is in oratorum numero non fuit, iuris ciuilis intelligentia, atque omni prudentiæ genere præstitit. Comem autem fuisse declarant illa, quæ de eo scribuntur in Lælio, Q. Mucius augur multa narrare de C. Lælio socero suo memoriter & iucunde solebat, &c. & lib: I. de orat. Tum Scæuula comiter, ut solebat, &c.

P. 171: L. I.

Sic in istam domum multorum insitam, atque illuminatam] sic reposui coniectura ductus parua immutatione scriptura ueteris & uulgata facta: quippe qui ex illuminatam, quod nullo modo huc quadrare potest, illminatam feci. illminatam autem mirifice conuenit cum uoce domum, quæ intercedit. est enim uerbum à limine factum: quod significat in limen, seu in domum introducere atque inromittere. nihilo autem debet durius uideri illiminare, seu inliminare, quàm eliminare, quo usus est Horatius epist. ad Torquatum: ne fidos inter amicos sit qui dicta foras eliminat. nam, quem ad modum eliminare, est extra limen efferre, ita illiminare est intra limen, & in domum inferre atque inducere. l. 26. neque cuiquam bono oratori ullam ex his, &c.] mendose hic libri uulgati, & nonnulli item manuscripti habent, rem ullam. nam ullam partem intelligere debemus. itaque ego uoculam rem. sustuli.

P. 173. L. I.

Erat in uerbis grauitas] fortasse legendum granditas, ut & alibi. l. 9. tamen ex accusatione M. Aquil-



lij] sic edendum curavi, M'. Nam Aquillius ferè omnibus Manius prænomen fuit, non Marcus. Manij autem dicti sunt à mane: quod is, qui primus Manius dictus est, mane natus esset. Est autem hic Aquilius, quem defendit Antonius, C. Marij collega: de quo lib. 2. de orat. duobus locis, & orat. in Verr. de supplicijs. Aliusque est ab eo, quem accusauit P. Lentulus; de quo de diuinatione in Verrem. l. 20. id est à iudicijs] quidam putant hæc uerba initio interpretationis causa fuisse ascripta. postea in contextum uerborum Cic. translata: quod credibile est.

P. 174: L. 20.

Et me adolescentem natus] secutus sum quorundam librorum uulgatorum & unius manuscr. lectionem. nam alij habent adolescentem natus octo annis minorem. planè mendose. Quòd autem nonnulli legi uolunt, natu octo annis minorem, non probo. inauditum enim est hoc loquendi genus atque insolens. quod si quis mecum contendat, natu esse legendum, nolim pugnare: sed tamen hoc dato & concesso, pudenter ab eo petiuerim, ut has duas uoces, octo annis, uno tempore tollat. l. 22. in stadio eiusdem laudis] assentior Riuio, qui ita legendum arbitratur: & recte. est enim translatio, in stadio autem id est in curriculo. Atque ita esse legendum declarat uerbum exercuit. sic lib. 1. de orat. ubi uulgati libri habent: sed ijs, qui ingrediuntur in studium &c. ille legendum putat. stadium.

P. 175: L. 13.

Admirando, irridendo latebat in agendo] sine dubio mendum subest in uerbo calebat. quomodo legitur

E ij



ANNOT. IN LIB. DE CLAR.

in omnibus libris uulgaris: neque tamen ulla est in libris manuscrip. uarietas. Ego uel celabat, legendum arbitror, quod iam ante uisum est Seb. Corrado: uel latebat quod mihi magis probatur. latebat in agendo autem interuallis, exclamationibus. &c. id est actione & rebus illis inopiam uerborum, & tarditatem suam tegebat. sed, nequid dissimulem, uellem hunc totum locum sic legi: sic interu: ex clam. V. S. &c. admir. irridendo, agendo denique latebat, &c.

P. 177. L. 13.

Qui fuit M. Crassi quasi secundarius] sic habent libri uulgati: uerum ego secundarum scriptum reperi in tribus libris manuscr. Quocirca tutius esse iudicaram hanc scrip. sequi, quam uel secundanus, uel, ut Budæus, & Riuus, secundarius, si mihi operæ typographi obtemperare uoluissent. In secundarum porrò subintelligendum, partium. Si quis tamen secundarius probet, non reluctet: ut secundarium intelligamus eum esse, quem Græci δευτεράγωνιστήν appellant, id est actorem secundarum partium secundas partes agentem.

P. 178. L. 25.

Qui hoc tempore ipso cum iaceat in hoc, &c.] licuit mihi, opinor, & semper licebit, ex uarijs & dissimilibus scripturis eam potissimum sumere atque eligere, quæ probabilissima uideatur. Cum igitur uiderem alios legere, ut habent libri ferè omnes uulgati, qui hoc tempore ipso cum liceat, cuius lectionis nulla sententia est, nisi forte addas esse, quod facit Corradus:



alios, quantum liceat: alios, quoniam liceat: alios, cum iaceat: ego hanc postremam secutus sum: cuius sententia facillima atque apertissima est. hoc enim significat his uerbis M. Tullius, laudandum esse M. Marcellum, qui cum communibus malis ac miserijs afflētus sit, se consoletur tamen & conscientia optima mentis & renouatione doctrinae.

P. 179. L. I.

Verborum dilectum orig.] duo libri manuscrip. habent, uerborum dilectum: quos secutus sum. dilectum enim militum dicebant ueteres potius, quàm delectum: ut testatur Festus. l. 4. Ac si ut cogit. praclare, &c.] uerba sunt Caesaris ad M. Tullium: quæ uerba sunt nunc à me restituta, aperta & plana sunt. l. 17. tuæ quidem supplicationi non, sed, &c.] sic legi debet, & ita habent tres libri manuscripti, & nonnulli uulgari. nam mendose in alijs legitur, non solum, sed, &c. Quid autem hic significat Cicero, sciunt qui tertiam Catilinariam, & orat. in Pison. & orat. pro Sylla, & Philipp. secundam & 14 legerunt. ubi supplicationem dijs immortalibus suo nomine uerbis amplissimis decretam esse ait: nempe quòd temp. conseruasset: quod ei primum post urbem conditam rogato contigerit. l. 26. amissis illis diuinis consilijs, quibus, &c.] si hic M. Tullij sensus est, ut omittamus ea oratorum consilia, per quæ imperatorum sapientia belli, salus ciuitatis domi constituta est, uidetur obscurius esse locutus. debuit enim ita dicere: quibus sæpe constituta est imperatorum sapientia belli, salus ciuitatis domi. sin hoc sentit, omisiss consilijs, per quæ

E ij



salus ciuitatis per sapientiam imperatorum domi aut belli constituta est; genus est loquendi Ciceroni indecorum. Omnino locus est non satis facilis mihi quidem ad explicandum. Quod si quis sententiam meam exquirat, fortasse ita legi debeat: omiſſis illis diu. conſ. quibus ſæpe constituta est imperatorum sapientia, ſalutique ciuitatis aut belli aut domi &c. ita uox ſapientia erit recti caſus, ut in priore ſenſu. Quod ſi ſapientia erit ſeptim caſus, loquendi genus erit, ut dixi, Cicerone indignum.

P. 179: L. 28.

Et adhibenda ratio, quæ] cum ſic habeant libri omnes uulgati, & adhibenda quàm obtruſa, ratio: perſpicuum ſit autem, hoc totum, quàm obtruſa, foris intruſum, delendum curauim. Atque ut ne hoc temere à me factum eſſe dicas, facti mei rationem exponam. in tribus libris manuſcr. non eſt quàm obtruſa ratio. ſed in uno, quantum obruſa: in duobus, quantum obruſa. Si igitur alterutra mihi ſcriptura eſſet retinenda, ac tuenda, leuius profecto peccarem, ſi antiquam, quàm ſi hanc recentem et uulgatã retinerem. At ego oſtendam, antiquam eſſe reſpuendam ac reiſtiendam, ut & ipſam ſpuriam atq; adulterinam: multo igitur magis uulgatã improbare debui. quomodo illud oſtẽdo? Ad hæc uerba, expurgandus ſermo, annotauit lectõr aliquis Ciceronis ſtudioſus, tanquam aurum obryzũ, ſeu, tanquã obruzũ: ſignificans hanc eſſe mentem Ciceronis, ſermonem purgatum et purũ eſſe oportere, tanquã aurum excoctiſſimum et puriſſimum, cuius modi eſt obryzũ ſeu obruſſum. hanc annotationẽ ad oram libri aſcriptã ſcri-



tor librarius, ut scilicet solebat, in contextu uerborum
 iniecit; existimans esse Ciceronis, et quod grauius fuit,
 non quo debuit loco, sed alienissimo locauit. Nam si ite-
 ripisset, quo magis expurgandus est sermo, tan-
 quam aurum obrustum, & adhibenda ratio: pec-
 casset ille quidem: Ciceroni enim uerba non sua, sed aliena
 infixisset: sed tamen tolerabilius peccasset. Sententiam
 non corrupisset, sed potius, ut fortasse non nemini uer-
 eri possit, illustrasset. Nunc autem cum post uocem adhiben-
 da persuerit, postque ex obrustum factum sit ab aliquo do-
 lulo obrusta, ut cum uoce ratio congrueret, hunc locum
 sedum in modum deformauit. haec mei facti ratio est.
 Quod si quis uocem, obrustum, retinendam esse conten-
 det, equidem non reluctabor, modo ita legatur ut supra
 proposui, expurgandus est sermo tanquam obrustum,
 non obrustum, &c. hoc tantum uereor ne uox obrustum
 uerum sit Ciceroniani sermonis integritati & nitori con-
 traria. Mallem ita ab eo scriptum esse credere, expur-
 gandus est sermo tanquam aurum, & adhiben-
 da, &c.

P. 180. L. 15.

Quo accusante Chircilium] sic habent duo libri ma-
 nuscr. unus Chircilium. quidam uulgati. C. Ruti-
 um.

P. 180: L. 3.

Forma et magnifica, et generosam quodammodo.] sic
 constitui ex Suetonio, qui hunc locum tanquam testem produ-
 cit in Caesare, ubi de eloquentia eius scribit. uulgati autem
 libri atque etiam manuscr. mendose habent, magnifica &
 generosa. l. 9. dum uoluit alios habere parata] sic
 habent omnes libri: sed docti quidam malunt legi paratum.
 quibus assentior: nec me mouet uox, illa, quae sequitur.

E iiij



ANNOT. IN LIB. DE CLAR.

P. 181. L. 3.

Et celeritate cecata] quidam testantur in uno codice manuscrip. scriptum esse, celeritate citata.

P. 181: L. 21.

Effrenatus & acer nimis] duo libri manuscripti habent, & acerrimus. ego tamen nihil muto.

P. 182. L. 21.

Eratque uerborum & dilectus elegans] sic habent duo libri manuscrip. & ita legi debet, non delectus, ut saepe iam diximus. P. 182: L. 16.

Posteaquam eos imitari cepit] sic habent libri tres manuscripti: tamen si uulgata lectio, ceciditque postea, cum eos, &c. non sit reijcienda.

P. 183. L. 8.

Qua de re agitur] quidam legendum censent, quo de agitur, &c. l. 18. demulceret uoluptate] sic restitui, primum mihi orta mendii suspitione ex unius manuscrip. codicis scriptura: ubi ita scriptum erat deuinceret: deinde suspicatus à scriptore deuinceret & demuceret scriptum pro demulceret: postremo considerato hoc loquendi genere, deuincire uoluptate, & cum hoc comparato, demulcere uoluptate: quorum alterum sine controuersia usitatum & eritum est Latinis: alterum inusitatum & insolens. l. 21. quorum altior oratio] legendum fortasse est, elatior. l. 25. si nihil utilitatis habebat, a fuit] sic loquebantur ueteres, & ita legi debet, a fuit, potius quam absuit, de quo aliàs. quanquam infra paullo post absuit edendum curauimus, quod ita scriptum in libris omnibus reperimus: religione quadam, inepta fortasse,



deterriti, ne afuit, quod est rectum & uerum, edidiceremus.

P. 185. L. 22.

Ve ueros illos, &c.] alibi legitur, uiros illos.

P. 187: L. 3.

Longi sermonis initium detulisti] cum ex libris manuscriptorum alij habeant, depulisti, alij detulisti. uulnere autem plane mendosissime pepulisti: ego putabam legendum uel tetulisti, uel attulisti: sed non sum ausus tamen ab auctoritate codicum antiquorum tam longe discedere. Omnino detulisti mihi non placet. tetulisti malim .l. 21. existimari uelim] alij legi malim nolim. utraque lectio probabilis est, & usitata:

P. 188: L. 21.

Oratoris tantum exercitationibus] alij quidam libri habent, oratoriis tamen, &c. quod ita probo, ut hoc amplectar tamen .l. 23. Ego autem iuris civilis studio multum operæ, &c.] ego hæc uerba, iuris civilis studio, putabam delenda, atque ita legendum. Ego autem multum operæ dabam Q. Scauula P. F. &c. quod ualet, ego discebam ius civile Scauula magistro: auditor eram Scauulae ius civile docentis, saltem consentibus respondendo. nam dare operam studio iuris civilis, & dare operam Scauulae, fortasse diceremus separatim & disiuncte: sed coniunctim uix, nisi studio ita accipiamus, ut sit septim casus: proinde ac si diceret M. Tullius, studio iuris civilis adductus seu incensus. Q. Scauula multum operæ dabam.

P. 189. L. 17.

Q. Hortensium ipsius uestigijs] legendum fortasse



ANNOT. IN LIB. DE CLAR.

est, ipsius uestigijs. l. 21. Primas in causis agebat] quidam libri habent, primis in causis agebat, mendose, opinor. quidam hoc totum delendum existimant: ego sic legendum putarem, si quid immutandum esset: in causis agendis Hortensius magis, magisque, &c.

P. 189: L. 28.

Et tanquam elucubratus] sic hunc locum restituit Rivius ex codicis (ut testatur) manuscrip. ubi vulgo legitur, etiam quam elucubratus, planè mendose.

P. 190. L. 16.

Ut consuetudinem dicendi mutarem] docti quidam viri hoc totum putant ex ora libri in contextum esse illatum, cum esset annotatum ad illud explicandum, ea causa mihi, &c. Omnino si hæc verba deleantur nihil de sententia decedat.

P. 190: L. 14.

Et superfluentes iuuenili &c.] tres libri manuscr. habent, supra fluentes. l. 17. & contentio nimia uocis resederat,] sic legendum, non reciderat. resederat autem, id est remissa fuerat seu conquieverat. sic Cælius epist. ad Cic. lib. 8. Marcelli impetus resederunt.] Horatius Ode. 3. lib. 3. Nostrique ductum seditionibus Bellum resedit: protinus & graueis aras, & inuisum repotem, &c.

P. 192. L. 23.

Ut qui non satis diu uixerit Hortensius] sententia horum uerborum hæc uidetur esse, siquidem Ciceronis sunt: adeo ut Hortensius, quamuis non satis diu uixerit, hunc cursum tamen confecerit, quem nos com-



amoramus. Sed ut quod sentio, libere dicam, non uidentur mihi esse Ciceronis, sed aliena, & ab aliqua innotatiuncula nata. uulgo autem ita legitur hic locus: qui non satis, &c. & uolunt quidam esse αὐτῶν ὀργιστὴν quare Brutus solus causas egerit. idem legentium censent, ut cum, eodem propemodum sensu: uel qui: & post uixit, confecit. Ego malim legi, ut; uamuis non satis, &c.

P. 193: L. 10.

Et ab amatorum impetu] sic habent aliquot libri vulgati, quibuscum congruunt duo manuscrip. uide-
 etq; hac lectio probabilis, ut quos dixit supra. procos
 impudentis, nunc appellet amatores. alij habent ar-
 atorum. l. 18. Quæ, si recte est, salute reip.] horum
 rborum hac sententia est, quæ uidelicet, à me gesta,
 recte esset: id est si resp. bene haberet, si resp. salua
 set, salute reip. testimonium meorum de rep. con-
 iorum darent: sin secus esset, id est resp. interi-
 t bellis ciuilibus, ipso interitu idem testimonium
 rent. opposuit saluti reip. interitum eiusdem. sed
 ri aliquot & manuscrip. & uulgati sic habent:
 que hanc lectionem sequitur & probat Budeus.
 : annotationibus in Pand. Quæ si recte esset
 uti reip. sin secus, interitu ipso, &c. atque
 e sic explicat: Quæ si recte esset saluti reip.
 est si salua esset resp. tum, subintelligit, per-
 tuam mihi gloriam compararent. sin secus, &c.
 erum ignoscant mihi Budæi nostri manus: er-
 t Budæus. nam si hoc sensisset Cicero, non es-
 itz locus, si recte esset saluti reip. sed ita,



si recte esset reip. sic enim loquuntur Latini, recte est, simpliciter, uel, recte est mihi, tibi, nobis, reip. non autem, recte est saluti meæ, tuæ, nostræ, &c. Quamquam, si bene memini, sententiam postea mutauit Budæus, legendumq; salute, non saluti, iudicauit. l. 22. quasi quadrigis uolantem] libri uulgati sic habent, quasi quadrigis uehentem. quam lectionem quidam sic explicat. adolescentiam, quæ te uehit quadrigis per medias laudes. sed ineptum est hoc loquendi genus, neque satis Latinum, adolescentiam tuam quasi quadrigæ uehunt. nam equus, currus, quadrigæ, uehunt: non autem res ulla uehit equo, curru, quadrigis. præterea uis affertur uerbis Ciceronis cum subaudiri uolunt, te. Omnino igitur hæc lectio ferri non potest: neque ab auribus purgatis, & Ciceronis, aliorumq; similium scriptorum lectioni assuefactis, probari debet. Atque ut fidentius hanc lectionem respuerem, & uolantem reponerem, perpulit me duorum librorum manuscriptorum scriptura, in quibus scriptum est uohantem. fuit autem facilis lapsus calami à littera l. ad aspirationis notam. deinde facile fuit ex uohantem facere uehentem, cum præsertim propè esset nomen quadrigis. postremo quid non audent semidocti? qui cum hoc uerbum translate positum esse non uiderent, corruerunt. Atqui sic loquuntur item alij. Verg. Aeneid. V. Cætuleo per summa leuis uolat æquo ra curru. Idem lib. XII. Vix ea fatus erat: medios uolat ecce per hosteis Vectus equo spumante Sages. l. 23. hic me dolor angit: hac me] sic restituo reclamantibus libris omnibus. sic enim loqui so



M. Tullius, angit me cura, angor cruciatu
 oris, angor dolore, angor meis incommodis,
 similibus. Neque me mouet Virgilianum illud lib.
 C. Aeneid. nec solos tangit Atridas iste dolor.
 illud X I I. miseri te siqua parentis Tangere
 tra potest. aliud enim dicit, qui dicit, hæc cura
 tangit, hic dolor me tangit. hoc enim significat, hæc
 tra uel hic dolor me aliquantulum commouet, seu ad
 pertinet. aliud qui, hæc cura & hic dolor me an-
 . hoc enim uult intelligi, se cura & dolore sollicita
 tque excruciarī. Quare non dubium est, quin hoc
 ita sit legendum: idq; etiam declaratur uerbo pro-
 ue sequente, sollicitat: quod, ut docet Festus, si-
 ficat, loco mouet. est autem factum ex solo & cieo.
 fit ut significet acri quasi plaga concutere. Ita-
 tangit & sollicitat coherent & conueniunt inter
 tangit, & sollicitat non item. Postremo ne alie-
 inuenta mihi iniuste uidear arrogare, hoc idem iam
 uenit in mentem Seb. Corrad. uiro doctissimo.

P. 194. L. 12.

Arcessiisti ex urbe] sic habent duo libri manuscri-
 ne quis forte me mea sponse ita edi iussisse existimet.
 uero ita ubique legendum est. nam accersa non est
 inum: neque eius ulla est origo, nullum etymon,
 sso autem ueteres grammatici docent deduci à uer-
 ccio, uerso c. priore in r. Sed de hoc plura in com-
 nearijs Horatianis. l. 28. nihil dico amplius: tan-
 e dico, &c.] quadam hic desiderantur, sed non
 modum multa, & quod propemodum æque do-
 lum est, quicquid est ab hoc loco usque ad extre-



ANNOT. IN ORAT.

mum, non satis est integrum, neque emendatum. Quòd autem quidam diuinant quæ uerissime sit à M. Tullio ab hoc loco esse dicta, laudo: diuinare non est meum. Optemus potius ut nobis aliquando alicunde codices manu scripti contingant, unde & quæ desunt explere, & quæ corrupta sunt, emendare possimus.

EIVSDEM IN ORATOREM

PERFECTVM.

P. 195. L. 16.

Aut Ialysi, quem Rhodi uidimus] sic legendum est: hoc primum. deinde Ialysus, fuit opus Protogenis signum pulcherrimum Rhodi, ab urbe una ex tribus Rhodi insulæ Ialysò nomine.

P. 195: L. 22.

Cuius ad excogitatam speciem] duo libri manuscr. habent, cuius ad cogitatam, &c. melius. Ibidem, quæ sub oculos ipsa cadunt] sic legendum, non, ue in uulgatis, ipsa non cadunt. atque ego ita coniectura ductus hunc locum emendaueram in meo codice ante quàm P. Victorius libros uar. lect. edidisset.

P. 196. L. 4.

Non ex oratoris disputationibus] quidam legi uolunt, oratoris.

P. 197. L. 28.

Quod ipsum alij aspera, &c.] quidam legi uolunt, quorum ipsorum.

P. 197: L. 6.

Interiectus, intermedius, & quasi temp.] legendum



uto, interiectus inter hos, & medius, & quasi, &c. ut apud Nonium, interiectus inter hos medius. l. 9. *de cinnus amborum*] Nonius Marcellus in uoce cinnus, qua uoce docet commisionem rerum plurimarum significari, hunc, hunc locum profert, & ita legit, ut *cinnus amborum*. quam scripturam multi doctissimi uiri sequuntur & probant. alij uulgatam lectionem tuentur ac retinent, *uicinus amborum*. alij noniam statuere se potuisse scriptum reliquerunt ultra superior. ne ego quidem quicquam statuo. uerumtamen Nonij Marcelli testimonium respuendum esse non putauit: non luctaturus si quis uulgatam lectionem retinere malit. Suum cuique iudicium liberum est. mihi magis placet ea, quam secutus sum. l. 12. *faceter facultatem*] alij legunt *facilitatem*: quod non improbo.

P. 198. L. 18.

Et tanquam adipatum dictionis genus] ab adipe adipatum, non adipale, deriuant Nonius, & Carius: in quo eos secutus sum. sed quò Nonius hunc locum testem producit in uoce adipatum legit, & tanquam adipatæ dictionis genus. in hoc non sum insecutus. Quis enim non uidet Latini sermonis usum: rationem postulare, ut ita legatur, *opimum*, & tanquam adipatum dictionis genus?

P. 198: L. 11.

Locus corruptus & insanabilis sine ope aliorum uerborum antiquorum. nam ij quidem; quibus usus non, nihil me adiuuerunt. ego ex Demosthene tale quidam, deesse puto: hoc, an illud uerbū posuerim, seu



ANNOT. IN ORAT.

hoc an illud locutus sim: seu, hoc an illo uerbo
 usus sim: seu, hoc an illud uerbum usurparim.
 ita enim Demosthenes in orat. pro Ctesiph. πάνυ γὰρ
 παρὰ τοῦτο (οὐ χορᾶς;) γέγονε τὰ τῶν ἑλ-
 ληνῶν πρᾶγματα εἰς τοῦτ' ῥῆμα, ἀλλὰ μὴ
 τοῦτ' διελέχθην ἐγὼ: εἰ δ' εὐρὶ τὴν χεῖρα,
 ἀλλὰ μὴ δ' εὐρὶ παρήνευκα: id est, scilicet enim
 in hoc fortuna Græcorum posita sunt, hoc, an illud
 uerbum in oratione posuerim, huc an illuc manum
 porrexerim.

P. 199. L. 28.

Neque uerborum, neque sententiarum grauitatem]
 legendum fortasse est, neque uerborum grandita-
 tem neque sententiarum grauitatem, &c.

P. 199: L. 1.

Germanos se putant esse Thucydidas] sic esse legen-
 dum non, ut habent plerique libri uulgati, germanos
 se putant esse Thucydidis, iam pridem uiderunt do-
 ctissimi aliquot uiri: in his Riuus, & Hieronymus
 Ferrarius: idq; ex auctoritate codicum manuscripto-
 rum. Germanos Thucydidas autem, id est ueros &
 meros, & ipsissimos (ut ita dicam) Thucydidas.

P. 200. L. 27.

Historiarum & talium scriptionum, &c.] uocem
 historiarum delendam censeo.

P. 200: L. 13.

Ut uerba uerbis quasi dimensa] sic legi debet, non
 ut in libris uulgatis, demensa. Idem in Timæo: di-
 mensæ ad spatium temporis annorum conuersio-
 nes, in Catone maiore: mirari se non modo diligen-
 tiam,



am, sed etiam sollertiam eius, à quo essent illa dimensa.
 26. Minuta, & uersicolorium similia] sic restitui
 aud dubia coniectura ductus, reclamantibus libris om-
 nibus, in quibus legitur uersicolorum, planè mendo-
 si. quis enim non uidet, uersicolorium, seu uersicu-
 lorum esse legendum tum ex uoce minuta, quæ antece-
 dit, tum ex ijs, quæ sequuntur, nimiumque depicta?
 tam columbarum pluma ut uersicolores ab eodem dicun-
 tur, ita ab alijs picta seu depicta: & arma à Virg. pi-
 cta dicuntur lib. 8. pictis conspectus in armis: ab
 eodem lib. X. uersicoloria: Astur equo fidens, & uer-
 sicoloribus armis. Postremo coniecturam meam con-
 firmat locus ille, qui est infra pag. 205. l. 4. ubi de so-
 phistarum oratione loquitur: uerba aptius transfe-
 runt, eque ita disponunt, ut pictores uarieta-
 tem colorum. P. 201. L. 12.

Arte quadam uerba iunxisse] duo libri manuscri-
 pti habent, uerba uinxisse.

P. 202. L. 1.

Quæ tamen causa est uacua, &c.] secutus sum non
 uallos libros uulgatos, & obscura scriptura ueteris ue-
 stigia. cuius lectionis quamuis sit probabilis sententia,
 non uidetur ea tamen mihi omni ex parte mendo uaca-
 re. Quin (ut dicam quod sentio) totus hio locus mihi
 uidetur aduentitius & alienus. l. 4. Nam quoniam quic-
 quid est, &c.] ab hoc loco pendet sententia usque ad il-
 la uerba: hæc igitur quaestio, &c. Quæ iccirco ascri-
 psi, ne quis hic mendum subesse existimet. l. 13. hæc igi-
 tur quaestio à proprijs, &c.] hæc est ἀνταπόδοσις
 illorum uerborum, nam quoniam quicquid est, &c.



ANNOT. IN ORAT.

P. 203. L. 15.

Elaborant alij in lenitate & equabilitate] legendū putant quidam læuitate prima syllaba producta: quibus propemodum assentior.

P. 204. L. 16.

Contractione in remissis] legendum putant quidam, in remissionibus, quibus assentior.

P. 204: L. 7.

Extitit & suauitate & grauitate] abest à libris uulgatis & suauitate: quod reperitur in manuscriptis. sed ego mallem legi, & ubertate & grauitate. nam in Xenophonte suauitas, in Platone ubertas est, & grauitas. Fortassis autem Ciceronis studiosus aliquis cum hic sentiret nonnihil deesse, addidit de suo & suauitate.

P. 206. L. 30.

Cum hoc decere, quod semper &c.] sententia pendet ab hoc loco usque ad illum: Sed cum hoc tantum sit, &c. cetera enim sunt interposita. Iccirco & suo & aliorum scriptorum more, quod uerisimile erat, auditorem seu lectorem, quæ hic ponuntur, esse oblitum, eadem iterat in antapodosi. Iam uerba aliquot, quæ aliunde post illa uerba, cum hoc (inquam) decere, inserta fuerant, auctoritate librorum manuscriptorum fretus funditus deleui.

P. 207. L. 7.

Primum igitur eum] quidam legi uolunt, eam, ut ad similitatem referatur. l. 9. Sunt enim quidam, ut scis, oratorij numeri] quidam legi malunt oratori.

P. 207: L. 3.

Ornamentum illud suauē] sic habet codex manu-



rip. uulgati autem mendose ornatum .

P. 208. L. 22.

Et imitatione litteræ quæ sita uenustates, &c.] articulam quasi, quæ nata erat ex uoce sequente quæ-
ta, propter similitudinem quasi quæsi, ego, haud du-
ijs coniecturis ductus funditus sustuli.

P. 208: L. 15.

Mirum quantum ualent] quidam legendum pu-
ant, mirum quantum ualeant. ego hic nihil sum au-
uis mutare. ita enim Græci loquuntur θαυμασὸν ὄσον
d est mirabile quantum . quod genus loquendi ita Græ-
i explicant, tantum quantum mirabile est . Sed non
elabo lectorem, me in duobus libris manuscrip. ita
scriptum reperisse, nimium quantum . quæ scri-
ptura non est reijcienda . nam sic quoque loquuntur
Græci ἀμήχανον ὄσον : ὀυράνιον ὄσον . Idem
M. Tullius lib. 4. de Finibus . Sed differre inter
honestum & turpe nimiū quantum : nescio quid
immensum . nisi forte etiam ibi legendum putet aliquis,
mirum quantum .

P. 209. L. 6.

Quoniam quicquid est sanum] hunc locum ope-
rius ueteris codicis restitui . nam sine dubio mendosus
est in uulgatis, in quibus sic legitur, quicquid est sal-
uum, & salubre, &c.

P. 209: L. 2.

Cum dixit Ennius, arce & urbe orba sum] sic le-
gendum esse peruincit locus integer, quem profert lib.
3. Tusc. quæst. Quid petam præsidii aut exsequar
quò ue nunc auxilio, aut fuga freta sim ? arce

F ij



ANNOT. IN ORAT.

& urbe orba sum. quò accedam? quò me applicem? l. 22. *Et loci communes sine contentione inducuntur*] sic legendum, atque hoc eodem modo locutus est lib. 2. de Inuent. loci communes raro inducendi.

P. 211. L. 3.

Quod igitur in accusationis quinque libris, &c.] sic legendum est etiam reclamantibus libris omnibus. nam quinque duntaxat accusationis libri numerantur et à ueteribus, & ab ipso M. Tullio: primus de anteaetis: secundus de iure dicundo: Tertius de re frumentaria: Quartus de signis: Quintus de supplicijs. Ea autem oratio, quæ diuinitio inscribitur, contentionem de constituendo accusatore continet, neque est. accusationis nomine appellanda. Quæ sequitur porrò, cohortatio est iudicum ad seuerè iudicandum, & comminatio, nisi se uere iudicent. Sed hoc pluribus uerbis ostendit F. Hotomanus. l. eadem. quod in Auiti?] sic legi debet, non, ut habent codices uulgari, Habiti. sic enim appellabatur Cluentius Auitus. qua de re scripsimus in commentarijs nostris Lucretianis.

P. 211: L. 26.

At pro Auito, pro Cornelio] legendum fortasse est, Et pro Auito, &c. uel, ut pro.

P. 215. L. 9.

Maxime luminosa, & quasi actiosa partes duæ] sic habent omnes libri & manuscrip. & uulgati, quos quidem uiderim: sed Nonius Marcellus in uoce actiosæ uidetur hic legisse iactiosæ, atque adeo (quod mihi magis mirum uidetur) iactiose. sic enim ille, iactiosæ positum pro iactanter. Cicero, Oratore. Cum sine lu



inosæ, & quasi iactuose partes duæ. l. 21. id ita dici
 [acer] quidam libri uulgati non habent uerbum dici,
 mihi quidem superuacaneum uidetur.

P. 216: L. 25.

Aut cum gradatim sursum uersus reditur] nota in
 quidam docti uiri, in his Riuus, quosdam libros habe-
 re, sursum uersus tenditur. l. 30. uel admiratio-
 nis, uel conuersionis] duo libri manuscripti habent,
 uel quæstionis. P. 217. L. 10.

Vt uerset sæpe multis modis eadem, & una in re hæ-
 eat, &c.] trium codicum manuscrip. auctoritate fre-
 quenter ita edendum curauimus, atque à lectione uulgata recess-
 it: quæ talis est: ut uerset sæpe multis modis ean-
 dem & unam rem, & hæreat in eadem commo-
 ueturque sententia. Visa enim mihi est antiqua scri-
 ptura concinnior.

P. 217: L. 2.

Vt denuntiet quid caueat] duo libri manuscrip. ha-
 bent, quid caueant. quæ scriptura fortasse recta est,
 ut subintelligamus auditores.

P. 218. L. 9.

Hominumq; clarissimorum] usitatus erat dicere ui-
 rorumque clarissimorum. ita que notandus est hic
 locus.

P. 218: L. 4.

Docere honestum est, ut est] has duas uoculas quæ
 desunt in omnibus libris uulgatis, ego restitui ex aucto-
 ritate trium manuscrip. quæ sine dubio omisse fuerunt à
 scriptore librario. Atque ita sæpe loquitur M. Tullius,
 ut XI. epist. ad Atticum, epist. 3. quæ tu profecto ui-



ANNOT. IN ORAT.

des, ut sunt, grauisima esse. Idem lib. XII. ad eundem. Quamuis prudens ad cogitandum sit, ut res. *Et* lib. I. Tusc. Sed hic quamuis eruditus sit, sicut est, hæc magistro concedat Aristoteli. Idem Philipp. Quamuis enim sis sine mente, sine sensu ut es.

P. 219. L. 14.

Nec uero talibus modo] uocem rebus, quæ fuerat ab indocto aliquo adiecta, qui putaret eam deesse, sustuli. nam repetendum $\alpha\pi\omicron$ κοινοῦ litteris, quod est paullo ante.

P. 219: L. 9.

Nemo ut tam rusticus sit, quin uocales nolit coniungere] sic habent aliquot libri manuscrip. *Et* ita legendum esse docuit Pet. Victorius lib. XII. Var. Qui autem legunt qui, non uident à Cicer. hoc dici, etiam rusticos uocalium concursum uitare. Quod autem hic ita impressum est, operarum erratum est.

P. 220. L. 6.

Multi' modis argentei', uasis, *Et*c.] cum hic agatur de contrahendis *Et* corripendis nominibus, siue uocalibus, quis non uidet esse mendosos codices uulgatos, in quibus ita legitur uasi argenteis, palm' & crinibus? Ibid. passi' crinibus] passis crinibus: id est expansis, dispansis. Terent. Phorm. Capillus passus, nudus pes. Virg. Crinibus Iliades passis. Ennius apud Nonium: Aegro corde comis passis, *Et*c. quo loco tamen Nonius passis adiungit ad nomen palmis. l. 14. uester Axilla, Ahala factus est] scio uulgo dici, Seruilus Ala, uel ut alij uolunt, Hala. sed doctorum con



sensum, & ueterum marmorum auctoritatem secutus sum, in quibus scriptum est Ahala, Omnino Ala uideatur eadem ratione dicendum ex Axilla, qua ratione uelut fit ex uexillo. l. 24. obscœnius concurrerent littera] immo syllabæ. nam si cum nobis dicamus, audietur cumno, quod erit finitimum cunno, quod nomen est obscœnum. Superiore uersu, lege & dein pro deinde: & ex in, pro exinde dicimus.

P. 221: L. 2.

Qua præpositio præter hæc duo uerba, &c.] si præpositio ab, nullo alio in uerbo reperitur, quàm in his duobus, peccant igitur qui scribunt abfuit, scribendumq; est afuit, ut admonuit anno superiore Muretus, & ut scribitur in omnibus ferè libris manuscrip.

P. 222. L. 3.

Burrum semper Ennius, nusquam Pyrrhû, &c.] ita legendum esse quemadmodum excudendum curauit, testatur Quintilian. lib. I. cap. 4. his uerbis. Sed B quoque in locum aliarum dedimus aliquando: unde Burrus & Bruges, & Balæna. testatur & Pompeius Festus in uoce Balæna. P. 222: L. 15.

In huius concinnitatis consecratione] liber unus manuscrip. habet, consecratione.

P. 223. L. 13.

Id, quod nescis, obest.] uidetur deesse aliquid ad id ut contrarium contrario omni ex parte opponatur. nempe sic legendum sit: Id quod scis prodest nihil: multum id quod nescis, obest: quod apparet ex ijs, quæ sequuntur. l. 23. in quarto accusationis] si diuinationem & orationem, quæ deinceps sequitur, in qua

F iiij



ANNOT. IN ORAT.

iudicēs cohortatur ad seuerē iudicandum, numerēs in
actionibus Verrinis, hęc unde hic locus est, erit sexta.
-Est enim in oratione de signis.

P. 223: L. 10.

Sed eas aut uinciebant, aut explebant parum] secutus
sum quosdam uulgatos, quibuscum congruunt & non-
nulli manuscr. Nam alij partim habent, sed eas haud
uinciebant, aut explebant parum. partim haud
uinciebant, haud explebant. Parum hoc me ip-
sum, &c. quę lectio, mea sententia, reijcienda est. l. 28.
Nimis enim insidiarum] quidam hic legi uolunt, ni-
mium.

P. 224. L. 17.

Ante hunc] quę ad hunc locum pertinent, repete ex
Bruto, Cum neque Musarum scopulos quisquam
superarat, Nec dicti studiosus erat Ante hunc.

P. 224: L. 14.

Theatra tota exclamant] legendum reclamant, quo
modo loquitur lib. 3. de orat. P. 131. L. 14. l. 29. in
hoc eum summis laudibus ferunt] alij libri uulgati ha-
bent, hoc in eius summis laudibus ferunt. quam le-
ctionem ob id non sum secutus, quod ita potius dixis-
set, hoc in eius summis laudibus ponunt. Malim
tamen ita legi: hoc in eius orationibus summis lau-
dibus ferunt. Arbitror enim uocem orationibus à
scriptore librario esse prætermissam.

P. 227. L. 9.

Numerus autem nondum deprehendebatur] sic est le-
gendum, non ut in alijs uulgatis, non domo deprom-
ebatur. in alijs: non modo depromebatur. Ita
autem legendum esse cum ex huius loci sententia, cum ex



antiqua scriptura conieci: quæ talis est non domo depremebatur. nam depremebatur deprauatum est exprehendebatur. P. 227: L. 2.

Sesquiplez pæan.] sic habent omnes ferè libri uulga-
ri: sed duo scripti sesqui pæan. ego hoc parui momenti
esse puto. Illud non negligendum, quòd dicat æqualem
fieri daëtylum, &c. cum dicere debeat, fieri æqualem
partem daëtyli, duplicem iambi, sesquiplicem pæanis.
Itaque sic forte legendum est: Ita fit æqualis daëtyli,
duplex iambi, sesquiplez pæanis. subintellige, aut
repete è superioribus, pars. paullo ante autem sic cense-
legendum Budæus, aut altero tanto maiorem, aut
sesqui. P. 229. L. 14.

Nec uero nimius is cursus esto numerorum] sic ego
restitui: atque ita legi debet.

P. 231. L. 27.

Ut insidiatorem obseruet] sic esse legendum, etiam si
nulli codices manuscrip. adiuuarent, sententia & ueri-
tas ipsa declarat. nunquam enim iudex insidiatur orato-
ri aut actori: sed ab oratore tanquam insidiatore sibi in-
terdum timet. P. 231: L. 1.

Quam ipsi includit] hæc uerba arbitror non esse Ci-
cer. sed aliena, atque ab aliquo ad oram libri ascripta,
quibus significabat ille, quisquis fuerit, perorationem
numeratam et quodammodo inclusam esse in ijs oratio-
nis partibus, in quibus numerosè susam orationem locū
habere dixit M. Tullius. Quod si quis contendat esse Ci-
ceronis, ita esset legendum: quam ipse inclusi. quod ta-
men loquendi genus non esset satis concinnum. Quòd
autem alij hæc uerba, quam ipse includit, sic inser-



pretantur; quam ipse Orator terminat, ut sit hæc huius loci sententia, de peroratione non esse opus præcipere quoad hæc numerosa oratio in ea sit retinende, ut pote quam ipse orator includit ac terminat, ut longior esse non possit, multo minus probo. dixisset enim potius, quam ipse finit ac terminat: uel quam ipse claudit ac terminat. l. 18. Insistit autem ambitus pedibus pluribus] Quis non uidet ita legendum, non ut est in uulgatis libris omnibus, modis pluribus? Insistit (inquit) id est finitur & terminatur ambitus pedibus pluribus: è quibus pedibus (non modis) unum pedem (non modo) est secuta Asia, qui pes (non qui modus) dichoreus uocatur. l. 30. dein membratim ternis, &c.] hunc locum miserabilem in modum laceratum & mutilatum, partim coniectura ductus, partim à codicibus manuscrip. subleuatus in integrum restitui. quem sic explico. hæc, quæ sequuntur, membratim dicuntur, ternis pedibus: id est, ita ut singula membra ternis pedibus constent. Cum igitur duo membra sint, sex insunt pedes. Tu dicere solebas. hoc est unum membrum: in quo sunt tres pedes, spondæus, trochæus; seu tribrachys, spondæus. sacra esse rempublicam: alterum membrum: in quo sunt item tres pedes: iambus, siue anapæstus si, m. non elidatur, iambus, dactylus.

P. 232. L. I.

Hæc item membratim quaternis] hunc locum felicissime restitui: quem, ut à litterarum studio sis gratiam ineam, etiam declaro. Deinde, inquit, quæ sequuntur, similiter membratim dicuntur pedibus quaternis. singula enim membra quaternis membris constant, &



dichoreo, quo ambitus clauditur; hoc modo: Quicun-
que eam uiolauissent: hoc est primum membrum, in
quo sunt pedes quattuor, spondeus, iambus, anape-
stus, spondeus: ab omnibus esse ei pœnas: secundū
membrum, quod item quattuor pedibus constat, iambo;
anapesto, spondeo: sequitur & clausula ambitus, id
est pes extremus dichoreus, qui periodum seu ambitum
terminat, persolutas.

P. 233. L. 23.

Alterum si sit, &c.] nihil muto, uerumtamen non ce-
labo lectorem, in quibusdam libris manuscrip. scriptum
esse, alterum si sit: & mox, alterum nisi sit.

P. 233: L. 5.

Ne breuitas defraudasse aureis] liber unus manuscr.
habet, defrudasie, fortasseq; ita legendum. sic enim
scribitur apud Nonium, & item apud Terentium in
Phorm. Suum defrudans genium. l. 8. quasi hexa-
metrorum instar uersuum quod sit.] legendum uide-
tur, quæ sint. l. 11. sin membratim nolumus dicere]
cum ex alijs multis locis, tum ex hoc intelligere licet,
quàm tardi sint atque hebetes ludimagistri isti, qui in
nugis sunt loquaces, & si uoles, disertis: in elicienda
uero cuiusuis scriptoris sententia, & in iudicando
uerum mendosa sit lectio, an emendata, aut muti,
aut inepti, & ridicule facundi: ut in hoc loco mi-
rum quàm cæcutiant, quem non uiderunt in omni-
bus libris uulgatis & manuscriptis esse mendosum:
quod tamen ex eo, quod subiicitur, exemplo intelli-
gere licebat. l. 16. Missos faciant patronos: ipsi pro-
deant.] quæ uerba diserte ait Cicero esse interuallo



Id est *casim* legenda, non *membratim*. legerentur enim *membratim* hoc modo: *Missos faciant patronos, ipsi prodeant: & ita esse senarius. nunc autem cum interuállo leguntur, aut pronuntiantur, Missos faciant patronos: ipsi prodeant: uitatur senarius.* Præterea dicit hæc duo esse κόμματα, quæ Latini in *uisa* dicunt. l. 22. deinde tertium, κῶλον illi] hic locus uitiosa interpunctione obscurabatur, neque ab istis ludimagistris intelligebatur: needum aliij ex ijs in hac editione, hoc modo est intelligendus. tertium siue Κῶλον Græce, siue *membrum* Latine, sequitur non longa comprehensio (non longam autem dixi, quia duobus *membris* absoluta est) & in spondeos cadit. Hanc comprehensionem uulgo esse putant in his uerbis, *cur de perfuis, &c. à quibus quidam dissentiuunt: ubi igitur est? non est* (inquit) à Cicerone posita.

P. 234. L. 6.

Dichoreo finitur] uidetur hic aliquid deesse, ut ita sit legendum, dichoreo que finitur: uel, -: & dichoreo finitur, ut edendum curauimus: uel, dichoreo enim finitur: uel, quia dichoreo finitur: uel simili quodam modo. subintelligitur autem, comprehensio, & pertinet hoc ad illa superiora, comprehensio longior sustinetur: quæ mendose leguntur in uulgatis libris, comprehensione longiore sustinentur. Sunt autem illa ex oratione pro Scauro, ut docti quidam existimant. Extant enim ex hac oratione pauca quedam duntaxat fragmenta, in quibus tamen hic locus non reperitur.

P. 235: L. 16.

Multi uenalicij, mercatoresq;] legendum, uenali-



tiarii. nam uenaliitarii, mangones sunt, qui seruos uenaleis haben. : uenality autem, serui ipsi sunt uenales. At hic non serui, sed seruorum uenditores significantur. itaque uenaliitarios cum mercatoribus coniungit.

EIVSDEM ANNOTATIONES

IN LIB. DE OPTIMO

GENERE ORATORVM

P. 237. L. 8.



VOD minus est tractatum à Latinis] Memini cum Romæ essem, hunc locum sic à Romulo Amaseo restitui. nam reuera diethyrambicum poema nemo unquam Latinis scripsit, ut ille dicebat. Quòd autem Adr. Turnebus lectionem uulgatam retinet, & hunc locum sic explicat, ut intelligat hoc dici à Cicer. poema magis esse tractatum à Latinis, quam orationem, mihi pane incredibile est, & pugnat cum ijs, quæ sunt in proœmio lib. I. Tusc. quæst. Nam cum apud Græcos antiquissimum è doctis sit genus poetarum, si quidem fuit & Hesiodus ante Romam conditam, & Archilocus regnante Romulo: Serius poeticam nos accepimus, &c.

P. 137: L. 12.

Et ad probandam rem accommodatum ord.] in uoce probandam mendum. subesse suspicor. quid enim



ANNOT. IN ORAT.

confert ordo ad rem probandam ? omnino uel delenda est, uel alia in eius locum substituenda. l. 13. ut aedificiorum.] uidetur hæc esse superuacanea.

175. P. 238: L. 1.

Dici pro Milone decuisse] legendum fortasse est, de buisse. l. 19. At si ample & ornate, &c.] Cum & liber unus manuscr. et exempla Manutiana sic haberent, at amplè. ego, At si amplè reposui. & infra proximo uersu, ubi uulgati libri habent, quid dubium est, cui dubium est, restitui.


P. 239: L. 5.

Aeschines tanquam Aeserninus] hic Aeserninus fuit Samnis, id est gladiator, & compositus cum præstantissimo gladiatore Placidiano, seu Pacidiano, quem commemorat Hor. Satyra 7. lib. 2. cum fului, Rutu bique, aut Placidiani contento poplite miror Prælia rubrica picta, aut carbone. Eundem commemorat M. Tullius lib. 3. epist. ad Q. Fr. his uerbis: & unà Aeserninum Samnitum. non putasset sibi Pompeius de illius salute, sed de sua dignitate me cum esse certamen. in urbem introiisset ad inimicitias res uenisset. Cum Aesernino Samnite Placidianus comparatus uiderer, &c. Idem. lib. 4. Tusc. quæst. Sed in illo genere sit sanè Placidianus aliquis, ut narrat Lucilius, Occidam illum equidem & uincam, si quæritis, inquit, &c. Proferuntur autem hi uersus à Nonio Marcello ex Lucilio, Aeserninu' fuit flacco ore.

Samnis spurcus homo, uita illa dignu', locoque Cum Placidiano componitur? optimu' longè



Post homines natos gladiator qui fuit unus?
 et item à M. Tullio. l. 12. unum hoc: uerum me-
 lius Graeci] unum genus hoc, quod ita dicit, nobis obij-
 ciens scilicet, At melius Graeci, quàm tu Cicero: cui re-
 spondens Cicero, à quo genere (inquit) quærat,ur,
 num possint ipsi aliquid melius scribere, quàm
 quòd à nobis scriptum est. l. 23. Cum esset lex Athe-
 nis] argumentum est, & summa orationem inter se
 contrariarum, Aeschinis, & Demosthenis: quas nos
 eadem ferè tempore, quo hac scribebamus, auditoribus
 nostris Lutetiae explicabamus, & in Latinum sermo-
 nem conuertebamus, longè deterius scilicet, quàm diu-
 na eloquentia praeclitus M. Tullius Cicero: quis neget?
 neque uero cum illa suada medulla certare uolui. quid
 enim contendat hirundo Cyenis? ut ait Lucretius, sed
 paullo, opinor, melius, conuertimus, quàm qui ante
 nos, eas interpretati sunt. Veruntamen iudicent homi-
 nes. sunt enim editae.





AL

DVS

